

Disseruimus de nutritione, proximū est, vt de accretione, & decretione, quæ nutritionem comitatur, disputemus. Aduerte accretionem, & decretionem multis modis sumi. Primū quidem laxiori significatu, quatenus accretio idē valet, atque acquisitio quantitatis in quavis re naturali, siue hausto, dispensatoq; intus alimento, vt in viuētib; siue accessione tantū, & appositione materiæ, vt in igni, cæterisque corporibus vita carentibus, quæ consortio tantū nominis nutriri, & augescere dicuntur. Decretio autem, vt accretioni in hunc modum spectatæ respōdet, non est, aliud, quā iactura, siue amissio quantitatis indiscriminatim sumpta. Secundō capitur accretio pro accessione quantitatis vberioris, quā sit ea, quæ à subiecto defluit. Decretio, pro abiectioe quantitatis maioris, quā sit illa, quæ eidem subiecto accedit, quocunque modo, & in quocunque subiecto talis accessio, & abiectio fiat, vt proximè dicebam⁹. Tertiō, sumitur accretio pro acquisitione quantitatis facta à viuente, id est, suscepto intus, digestoq; alimento virtute animæ, siue ea quantitas æqualis sit, siue maior, siue minor, quā ea, quæ perit. Decretio autem pro amissione quantitatis similiter facta virtute animæ, vtcunque se habeat ea quātitas ad illam, quæ denuo aduenit. Quarto accipitur accretio pro ea mutatione, qua viuens ampliorē quantitatem, quam sit ea, quæ dilabatur, reparat. Decretio pro amissione maioris quātitatis, quā sit illa, quæ à viuēte comparatur. Quintō vsurpatur accretio pro mutatione, qua viuens in ampliorē molem porrigitur, ita vt subiectum secundum formam idem omnino permaneat toto accremēti sui cursu. Quo pacto sola perfecta viuētia nescunt, vt superius docuimus. Decretio autem pro abiectioe maioris quantitatis, quā sit ea, quæ tali viuēti accedit.

Differunt autem inter se prædictæ notiones, quia prima, vt attendenti planum erit, latius patet, quā secunda: & secunda, quā tertia; atque ita vsque ad quintam. Deinde quia accretio est motus positiuus, decretio autem negatiuus, vt in *Physicis* lib. 5. cap. 4. quæst. 2. art. 2. statuimus, nisi forte decretio sumatur nō pro amissione, sed pro acquisitione quantitatis minoris, quā sit ea, quæ deperit, sic enim positiuū quid est.

ARTICVLVS II.

EXPLANATIO

controuersia.

Prima conclusio.

Quod spectat ad discrimen secundum naturam generis, aut speciei inter prædicta membra, sit prima conclusio. Decretio sumpta pro amissione quantitatis differt ab accretione quocunque modo iumpta, & à nutritione, plusquam genere. Hæc conclusio ex eo ostēditur, quia negatiuum & positiuum in nullo genere cōueniūt, cum al-

cum alterum sit ens, alterum non ens: at decretio pro amissione quantitatis est quid negatiuum, vt loco ante citato decreuimus; accretio autem, & nutritio sunt mutationes positivæ, vt ex terminis, in quos tendunt, qui positiui sunt, liquidò constat.

Secunda conclusio. Accretio quocunque modo accepta, & vniuersim quælibet acquisitio nouæ quantitatis differt specie à nutritione. Probat, quia feruntur in terminos specie distinctos, nutritio quidem in substantiam, accretio in quantitatem; quod significauit Aristoteles hoc in libro cap. 5. textu 41, cum dixit, alimentum, vt quantum est, augere; vt substantia est, nutrire.

2. Conclusio.

Tertia conclusio. Accretio quocunque modo spectata, & vniuersim quælibet acquisitio quantitatis realiter differt à nutritione. Huic conclusioni aduersatur Marsilius hoc libro quæst. 10. & Albertus Saxonia quæst. 9. alijque nonnulli aientes eandem actionem dici nutritionem, siue aggenerationem, quatenus per eam substantiæ pars accipit esse, & accretionem, quatenus per eandem viuens nouam quantitatis portionem comparat.

3. Conclusio.

Sed nostræ sententiæ veritatem ea ratio confirmat, quia quantitas realiter differt à substantia, vt est communior, & verior philosophorum, theologorumque sententia: at cum aliqua inter se re ipsa distinguuntur, & vtrumque propriam acquisitionem vendicat, quomodo se habent substantia, & quantitas, dum rei, quæ nutritur, aduenit, vt libro 5. Physicorum capit. 2. quæstione 1. & capit. 4. quæstione secunda ostendimus, necesse est acquisitionem vtriusque realiter differre inter se.

Quantitas differt re à substantia.

Vt Vallesius
lib. 2. contr.
cap. 29. & lib.
5. Phys. c. 2.
& lib. 7. c. 2.

Sed obijciat aliquis. Si nutritio, & accretio realiter distinguerentur, unicuique inesset sua propria continuitas distincta à continuitate alterius: quod non videtur dicendum, tum quia non magis repugnant in eodem subiecto duæ quantitates permanentes, quam duæ successivæ: tum quia sicuti eadem continuitas materiam, calorem, & albedinem, cæteraque eiusmodi accidentia Socratis extendit; ita vna, & eadem extensio, seu continuitas videtur sat esse ad nutritionem, & accretionem extendendam. Sunt, qui respondeant nutritionem eadem numero continuitate extendi, qua accretio; ita vt extensio primò, ac per se accretioni competat, nutritioni verò secundariò, & per accidens. Tuenda tamen est cõtraria opinio aientiũ nutritionem obtinere suam, sibi que propriam continuitatem. Quod ita ostenditur. Continuitas est idẽ re cum forma, quæ acquiritur, seu cuius ipsa acquisitionem extendit. Igitur si acquisitio substantiæ, & quantitatis eadẽ continuitate extenderetur, iam substantia, & quantitas permanens, quæ per accretionem cõparatur, essent idẽ re ipsa inter se. Nec effugiet, qui dixerit continuitatem esse idẽ re cū acquisitione dūtaxat, quã per se extendit, idest, cū acquisitione quantitatis, non autẽ, cum ea, quam extendit secundariò, hoc est, cū nutritione. Non, inquam, effugiet; nec enim cõtinuitas secundariò extendit nutritionem, sicuti quantitas albedinem. Nutritio enim est acquisitio successiua, & continuata, imò & motus.

Obiectio.

Quorundam responsio, quæ non placet.

tus, tametsi minus propriè dictus, vt loc. cit. differuimus, quemlibet autem motum sua continuitas tanquam affectio propria comitatur. Argumentum verò, quod contrarium probare nitebatur, non probat. Ad priorem eius partem dicendum, est duas quantitates permanentes mole sua locum occupare, ac situm diuersum poscere, quod successiuis nullo pacto conuenit, ideòque illas mutuò se pellere, nec simul cohærere posse, has verò posse. Ad posteriorem quid respondendum sit, ex proximè dictis constat.

Dubium

Solutio.

Quærat aliquis num motus ad quantitatem sit species infima, an subalterna comprehendens subse acquisitionē maioris, æqualis, & minoris quantitatis tanquam motus specie distinctos. Respondemus esse speciem infimam; quemadmodum & magnitudo, ad quam tendit, infima species est; nec enim ratio maioris, æqualis, & minoris faciunt per se ad distinguendam speciem, vt libro 5. Physicorum loco citato ostēdimus.

Q V Æ S T I O XIII.

FIERI NE POSSIT, VT VIVENS,
dum vita fruitur, semper augeat.

ARTICVLVS I.

ETSI VIVENS, DVM VIVIT,
nouam quantitatis portionem comparet;
augeri tamen perpetuò non posse.



HX doctrina Aristotelis lib. 3. de anima cap. 12. textu 59. trifariam facultas nutriens, vitæ nostræ decursu, & ætatum inclinatione se se habet. Namque à primo ortu vsque ad annū vigesimum primum, vt ait Hippocrates libro de carnibus; vel, vt alijs placet, vsque ad annum circiter vigesimum quintū ob insiti caloris vim firmior est, ac vegetior, plusq; versus omnē dimensionem reponit alimenti, quam è corporis substantia decedat: atq; interim mēbra in oēs partes fundūtur, & accrescūt, nisi ob defectū alimēti, aut valetudinis vitiū, aliudvè eiusmodi impedimentū, secus accidat. Sequitur deinde florida ætas, in qua calore ad mediocritatē quandā tēperato altrix facultas veluti cōstantiā, & statū obtinet eo tenore, vt defluētis materiæ iacturā ex æquo refarciat, tunc

De his Arist.
lib. de vita, &
morte D. Th.
1. p. q. 119. Dot
in 2. d. 30. q. 4
Gal. lib. de
opt. const. c.
4. D. Basil.
hom. 10. Ex
me.

Media ætas
æquo Marte
agit.

verò

verò non iam ossa, nerui, aut membranae ulterius protenduntur; sed incrementum omne sistitur. Succedit tandem ætas extrema (nec enim libet hoc loco hominis vitam in minutiores partes concidere) in qua arefacto corpore calor, & nutriens virtus contabescit, ac minus quam quod deperit, ex alimento restituit; donec tandem calore, & humiditate, quæ eo usque mutuas operas contulerant, omnino consumptis mors sequitur (nisi eam ante casus aliquis, aut morbus, uti ferè contingit, accelerauerit) sequitur, inquam, mors æquo pede pulsans pauperum tabernas, regumque turres. Atque hoc modo è vita excedunt, qui senio confecti naturæ necessitate mortem oppetunt. Vnde Aristoteles libro 5. de generatione anim. capit. 4. rectè, inquit, dixeris morbum esse aduentitiam senectutem: quia nimirum morbi nonnulli idem faciunt, quod senectus. Lege Galenum lib. 1. de tuenda valetudine capit. 2. & lib. 2. de temperamentis capit. 2. & in secundum de natura hum. & in libr. de Marasmo, Ferneliù lib. 5. Physiologia cap. 3. Cælium lib. 22. lect. antiq. cap. 12.

Sanè ex hoc decursu vitæ, seu potius ad mortem progressu, & ex hac, quæ per ætates incidit, natiui caloris imminutione, quam conspicuam facit experientia; planè constat fieri non posse, ut quis, quoad viuit, incrementa capiat; nisi incrementi nomine intelligamus accessum aliquem nouæ quantitatis, qui perpetuus nutritionis comes est; cum fieri nequeat, ut viuenti noua materiæ portio absque noua quantitate adiungatur. Quæ verò hic de humanorum corporum accretione dicimus, suo modo intelligenda erunt non solum de cæteris animalibus; sed etiam de herbarum, & stirpium generibus. Quæ de re disserit Theophrastus in lib. de causis plantarum, & auctor librorum de plantis, qui cum Aristotelis operibus circumferuntur.

Nonnulla hic breuiter animaduertenda sunt. Primum est, hominem quinquennio ferè, ut docet Aristoteles libro 1. de gener. anim. capit. 18. habere circiter dimidium totius magnitudinis, quæ toto vitæ tempore comparatur. Plinius tamen lib. 9. capit. 16. trimatui id adscribit. In trimatu, inquit, suo cuique dimidiam esse mensuram staturæ certum est. Secundum est, ut aduertit Diuus Augustinus libro 15. de Ciuitate Dei capit. 26. humani corporis longitudinem à vertice usque ad vestigia sexies tantum habere, quantum latitudo, quæ est ab vno latere ad alterum latus: & decies tantum, quam altitudo, cuius altitudinis mensura est in latere à dorso ad ventrem, velut si iacentem hominem metiaris supinum, seu prouum, sexies tantum longus est à capite ad pedes, quam latus à dextra in sinistra, vel à sinistra in dextram, & decies, quam altus à terra. Docet autem Aristoteles in problematis sect. 10. problemate 10. mares ut plurimum maiori corpore esse, quam fœminas; quia mares naturam integram, perfectamque sortiuntur; fœminæ autem quasi mancam, & oblatam: & quia mares fœminis calidiores sunt: constat vero calorem altricis facultatis instrumentum esse.

Tertium est, optimam proportionem staturæ corporis humani qua-

Actas extrema mater. & dil. edia non ex æquo reparat.

Morbus aduentitia seuus.

De incremento humani corporis, & optima eius proportione

tuor cubitis, sexuè pedibus definiti. Constat autem hic cubitus pede vno, & dimidio: pes quatuor palmis: palmus quatuor digitis secundum latitudinem inter se iunctis: digitus quatuor granis hordeaceis, quæ est minima mensura in demetiendo spatio. Lege Vitruvium cap. 1. libri tertij, eiusque interpretes ibidem. Maurolicum dialogo tertio, Vegetium lib. 1. de re militari cap. 5. Cælium lib. 3. cap. 21. Quartum est, præcipuam, & immediatam causam, cur aliqui infra iustam magnitudinem subsistant, alij ad eam perveniant, esse altricem facultatem, quæ in illis deficit, in his præstat. Dependet autem ea præstantia quoad usum, opusque exequendum à bonitate humidi primigenij, & temperamenti innati, ad quod concurrunt non solum progenitores; sed etiam sidera, & stellæ, quarum quisque in suo conceptu, ortuè irradiationem habuit; itemque soli, & regionis natura. Iuvat præterea corporum incrementa alimenti copia; nã ob eius defectum proveniunt nonnunquam pumiliones, vt testatur Aristoteles in problematis, sect. 10. probl. 14. Iuvat item ciborum commoditas; siquidè homines auferuntur dulcibus atque pinguibus; & aquæ, plusquam vini potu; minuuntur siccis, & aridis, ac frigidis, & siti. Iuvat tempestiva, & moderata membrorum exercitatio, quies opportuna, vacuitas laborum, & molestiarum, aliaque id genus, quæ decoctionem promouent. Consule Hippocratem in lib. de aere, aquis, & locis.

ARTICVLVS II.

SOLVUNTUR ALIQVOT

Obiectiones.

Prima obiectio.

Verum contra id, quod de calore diximus, opponet aliquis. Calor crescit, fortiorque efficitur aucta materia subiecti, cui inest, vt patet in calore ignis, qui in maiori igne, cæteris paribus, acrius vrit, & in longiorem spheram actionem extendit. Igitur calor vnã cum corpore auferet, nec ætatum progressu degenerabit.

2. Obiectio.

Secundò, tanto plus alimenti in substantiam rei alitæ cedit, quanto plus ex eo decoquitur. Ergo si quis in ætate florida, & constanti vtatur facilioris coctionis alimento, certè plus conuertet, quam amittet; atque adeò in ea etiam ætate incrementum capiet. Tertio, non videtur calor maiorem habere vim ad primæuum humidum depascendum, quam ad conuertendum alimentum in rem nutritam. Ergo in nulla vitæ parte plus ingeniti humidi deperibit, quam ascititij efflorescat.

4. Obiectio.

Postremò, multos videmus post annum quadragesimum è macilentis pingues, & obesos fieri, atque in molem ampliorem versus latera diffundi. Igitur fieri etiam poterit, vt ea ætate in longitudinem crescât, cum nulla videatur esse maior ratio, cur ad vnã loci differentiã, quam ad alias dilatentur.

Lege Aristot.
3. de hist. an.
cap. 18.

Ad

Vallesius lib.
6. controu.
Medic. c. 1.
Marcellus 2.
de an. c. 69.
& So. Garbio
lib. 1. tract. 5.
q. 33.

Ad primum horum respondetur id, quod ex alimento aduenit rei nutritæ, non tantam sortiri perfectionem, quanta erat humidi primigenij, ob eas causas, quas supra exposuimus: quod tamen in igni secus accidit; ignis enim propter acrimoniam, & vim, qua ad agendum, & ad debellandam aduersariorum repugnantiam valet, potest materiam, quam corripit, compensato subinde omni detrimento, in se se perfecte conuertere sibi que vnire; atque ita quanto plus materiæ combustibilis occupat, tanto potentior, & actuosior fit. Quo patet non eandem esse rationem in calore ignis, & in calore rei, quæ suscepto intus alimento nutritur, & augetur. Consule D. Thomam in 2. dist. 30. quæst. 2. art. 1. ad 5. & Magnum Albertum 2. part. summæ de homine in tractu de vi augmentatiua.

Dilutio primæ obiectio nis.

Discrimen inter ignem, & ieiuentem quoad conuersionem.

Ad secundum respondendum est licet in ætate consistendi vtatur quis facillimæ decoctionis alimento, non ideo posse id ab eo sic decoqui, vt plus sibi materiæ agglutinet, quam dilabatur; cuius rei causa est, quia facultas nutriendi, & augendi (sicut & cæteræ potentie actiuæ) terminantur quoad sua effecta intrinsecè versus maximū: (etsi non omnes in singulis eundem terminum vendicent, sed pro ratione ac modo subiecti, hoc aut illo pacto se se habentis) quo fit, vt vbi harum potentiarum quælibet summum, quem potest, effectum sortita est, non vterius promoueat, esto ei materia offeratur.

Dilutio 2. ob iectionis,

Nutriendi, & augendi facultas circumscribitur intrinsecè versus maximū ex parte effectus.

Ad tertium, Calorem præcipitanti ætate facilius humidi partes dissoluere, quam alimentum conuertere, quia tunc minus ei obstitit humidum iam veterascens, quam alimentum: maxime cum ad diripiendum humidum iuuetur à cibo ipso, qui in substantiam viuientis ob qualitatatum dissidium agit, & ab aere circumfuso, alijsque causis exterius incidentibus.

Dilutio 3. ob iectionis.

Lege M. Alb. in lib. sum. de hom. tract. 8. de nutritio ne. Pæpona tiū in lib. de nutr. c. 20. Galen. lib. 2. de natur. facult.

Ad quartum, Neminem propriè dici accrescere nisi secundum longitudinem augeatur; sic verò non augeri quenquam, nisi eius quoque ossa incrementum sumant: hæc autem non solere capere incrementum, nisi vsque ad consistendi ætatem. Videlicet quod eorum nutritio, & accretio morosior ac difficilior sit; tum quia nutriuntur ex medulla, in quam necesse est primò conuerti sanguinem; tum etiam, quia constat sicco, ac frigido temperamento, quod nutritionis opus minus iuuat: contra verò cum caro mollitudine, & calore prædita sit, atque adeò cum sanguine magis conueniat, facilis est, ac prompta sanguinis in eam commutatio. Ita patet fieri interdum posse, vt quis versus latera fundatur, & pinguescat; non tamen in maiorem porrigatur longitudinem. Quod ideo à quadragesimo anno nonnunquam accidit; quia tunc refractus calor sic interdum afficitur, vt minus diripiat è substantia ob peculiarem illius dispositionem, ac plus alimenti in partes non solidas conuertat.

Dilutio 4. ob iectionis.

Cur ossa post consistendi ætatem non accrescant.

In Paris Natal. de iuuent. & senect. cap. 4.

Ijs, quæ diximus, non obstat, quod dentes, vti ex Aristotele lib. 2. de gener. anim. cap. 4. alibi docuimus tota vita crescunt (vt patet in ijs, qui mutuum tactum declinant) cum tamen inter ossa numerentur. Nam quia attritu consumuntur, eorūque necessitas ad comolliendum

Cur dentes tota vita crescant.

dum cibum perpetua est, perenni cumento egent; ideoque prouisum à natura fuit, ut facultas auētrix peculiarem, & quasi extraordinariam curam ad eorum dispendia resarcienda cōferret. Nec item officit quod magnitudo, & incrementa corporum, non semper calori ex æquo respondent: id enim, quod initio superioris articuli de calore asseruimus, intelligendum est modò cætera sint paria: modificatur enim sæpe calor vis ab humido, alijsque causis simul concurrentibus.

Q V Æ S T I O XV.

N V M E I V S, Q V O D I N.

cumentum sumit, quælibet pars
augeat.

A R T I C V L V S I.

Astruitur pars affirmatiua quæstionis.



Pororū cau-
sa efficiens,
& finalis.

Opinio Auer-
rois de poris
resoluitur.

Xpendamus nunc an accretio per totum subiectū facta sit, ita ut nulla pars rei nutritæ non pariter capiat incrementum. Prænotandū igitur primò est in corporibus uiuentium poros esse, id est, cavitates quædam, & meatus, quos natura ministerio caloris, & aliarum causarum humidum extenuantium, & consumptionem continenter efficit; tum ut per eos excrementitij, noxijq; humores exeāt, tum ut alimenti particula minutatim concisæ ijsdem excipiantur, & ad ultimam decoctionem elaboratæ in substantiam rei alitæ concedant. Enimverò nisi huiusmodi pori essent, vel alimentum rem, quam nutrit, cum doloris sensu diuideret, vel duo corpora se se permearent, quorum utrumque à vero abest. Putat autem Commentator hoc in lib. com. 38. uiuentium corpora sic esse huiusmodi poris intersecta, ut quælibet pars minima porum vnum vendicet, eiusque interpositu ab alia minima diuidatur. Fallitur tamen; primùm quia, ut fuit à nobis in physicis declaratum, in composito naturali non datur minima pars homogenea toti inhærescens, hoc est, minimum carnis, aut ossis. Deinde quia videmus quorundam uiuentiū corpora solidiora esse, magisque compacta, alia minus; quo fit, ut quædam plures, alia pauciores poros habeant, & ut certa lege definiri nequeat, quàm ij rari aut frequentes sint, licet pro certo habeatur nullam partem designari posse, quæ poris vacet.

His animaduersis ad propositam dubitationem respondendum est cum Aristotele hoc in lib. cap. 5. text. 32. eius, quod accrementū suscipit, quælibet partem augeri. Quod ita ostenditur. Accretio semper

cum

lib. 1. cap. 4.
quæst. 1. 2.
7.

Conclusio.

cū nutritione coniūcta est, sed quaelibet pars viventis dum incrementum sumit, nutritur: ergo quaelibet augetur. Minor probatur, quia calor sicuti per totum corpus funditur, ita è qualibet eius parte aliquid detrahit, atque adeò nulla pars est, quæ instauratione nō indigeat: Quod diximus de partibus eius, quod incrementum suscipit, ita accipiendum est, vt absolutè intelligatur verū esse tam de eo, quod in molem ampliorem funditur, quàm de illo, quod parem, aut minorem recipit quantitatem: in his enim omnibus æquaratio est: quandoquidem oportet quaelibet partem eius; quod nutritur, nouam quantitatem recipere, & è conuerso, siue subiectum plus materiæ recuperet, quam defluit, siue sit in statu, siue in decremento.

ARTICVLVS II.

QVAERENDAM OBJECTIONUM DILUTIO.

Sed obijcietaliquis. Eæ tantum partes aulescunt, quibus noua quantitatis portio adhærescit, & continuatur, hoc autem non cuiuslibet parti viventis accidit, sed ijs tantum, quas alimentum poris receptum proximè attingit. Non igitur quaelibet pars eius, quod accrescit, augetur. Secundo, Pori sunt oppleti alijs corpusculis; igitur non possunt in se alimentum recipere. Si respondeatur ea corpuscula subeunti alimento locum dare, maximè cū etiam ab expultrici virtute abigantur. Est adhuc quod vrgeat. Nam cū animal in maiorem quantitatem excrefcit, vel quaelibet particula alimenti maior est poro, quem subintrat, vel minor, vel æqualis: si maior, nequibit ab eo poro excipi: si minor, vel æqualis, non angebitur viuens; ergo &c. Tertio, si quaelibet pars rei auctæ fieret maior, sequeretur viuens versus omnes dimensiones æquè porrigi, quod falsum est, alioqui non in proceram staturam homo assurgeret, sed in rotundam conglobaretur. Quarto, Eæ partes corporis, quæ morbo aruere, non augetur, vt videtur sensu manifestum; igitur saltem hæ communem illam legem non seruant.

Ad primum horum dicendum rectè concludere eas tantum partes immediatè nutriri, & aulescere, quæ per se, ac sine aliarum interstitio alimentum attingunt, eoque potiuntur. Verum id non impedit, quominus cæteræ harum interuentu, siue mediatè, pariter increfcant. Ad secundum respondendum inprimis est poros non semper ante ingressum alimenti alio corpore occupari. Interdum enim coniuncta, & cōtigua habent latera, & subintranti alimento sinus pandunt eo modo, quo vtres dum implentur. Deinde esto nonnunquam alijs corpusculis oppleti sint: ea tamen alimento cedunt, atque interdum maiorem copiam alimentitij humoris pori recipiunt, quam de eiusmodi corpusculis habuerint, quia facilè se se explicant, ac dilatant. Ad tertium neganda est consequentia. Altrix enim facultas dum viventium mem-

Prima obiectio.

2. obiectio.

3. obiectio.

4. obiectio.

Solut. 1.

Solut. 2.

Solut. 3.

bra quo-

Solut. 4.

bra quoque uersum porrigit, sequitur regulam formatricis virtutis, quæ hominem procerâ corporis effigie decorauit, & in sublime erexit. Quare sic homo incrementa uersus omnes partes accipit, ut in prædictam figuram semper conformetur. Ad quartum dicendum membra, quæ morbo ita aruere, ut adhuc uiuant, adhuc etiam nutrirî; proindeque nouam quantitatis portionem acquirere, & interdum maiore, quam sit ea, quæ defluit, si uiuens sit in ætate accrementi; licet hæc nutrientis & auctricis facultatis munia in membris ita affectis minus appareant. Quod si ariditas tanta sit, ut artus uita priuetur, tunc nihil mirum si istiusmodi muneribus, quæ uiuentium propria sunt, destituantur.

Q V Æ S T I O XVI.

SIT NE ACCRETIO IN
quouis poro facta motus continuus,
an non.

ARTICVLVS I.

DIVERSAE AVCTO-
rum sententiæ.

Questionis
sensus.



On accipimus hoc loco accretionem pro sola acquisitione quantitatis maioris, sed pro acquisitione cuiuslibet quantitatî facta in re uiuente: nec adducimus in controuersiam an accretio, quæ fit in vno poro, cum ijs, quæ in alijs poris fiunt, continuetur. Nam cum inter quamlibet partem

Negatiue par-
tis assertores.

porosam alia non porosa intercedat, satis liquet accretionem in eo sensu continuum motum nequaquam esse. Tantum igitur quærimus nû accretio illa, quæ in quolibet poro exercetur, per se sumpta, continua sit. Negantem partem amplexus est Auerroes lib. 3. Phisic. com. 8. Magnus Albertus 8. lib. eiusdem operis text. 23. Ferrariensis eodem lib. quæst. 6. Soncinas 8. metaph. quæst. 22. & 28. Capreolus in 1. dist. 17. quæst. 2. art. 2. Pomponatius lib. 1. de nutrit. & augmentatione cap. 9. alijque nonnulli. Horum sententia est accretionem fieri discretè per momenta; quia ita fit aggeneratio, seu nutritio: credunt enim disponi prius certam portionem alimenti, quam uolunt esse minimam quoad generationem, deinde in eam puncto temporis induci formam rei, quæ nutritur; idemque accidere in cæteris partibus. Quod ergo nutritio fiat per momenta, hunc in modum concludunt. Ut forma

Prima opin.

Primum ar-
gument.

substantialis in materiam alimenti recipiatur, necessaria est certa, ac præfinita dispositio: hæc autem non nisi per primum sui esse, atque

adco

adeo in instanti incipit: ergo nec forma recipietur in materiam alimentum nisi in instanti. Probatum assumptio. Namque si aliter ea dispositio inciperet, nimirum per ultimum non esse, daretur aliquod instans, quo in materia alimenti non existeret tota, & immediatè post illud tota existeret. Quod autem secus accidat, inde ostenditur; quia vel in eo instanti ad certam illius dispositionis complementum deest aliquid, vel nihil: si nihil, iam in eo tota dispositio constat, quod erat probandum: Si aliquid, cum id debeat esse diuisibile, prius acquireretur dimidium, quam totum. Quare post illud temporis punctum dabitur adhuc aliud punctum, in quo nondum cohaereat integra ac perfecta dispositio ad formam; & quod inde consequens est, praedicta dispositio non incipiet per ultimum non esse.

Secundò, si daretur aliquod instans, in quo nondum existeret nutritio, & immediatè post futura esset; sequeretur alterationem, quae eiusmodi nutritionem praeterit, desinere post illud instans: hoc autem esse non potest, cum motus, ut 8. Physicæ auscultationis libro docuimus, desinat per primum non esse. Non datur ergo tale instans. Probatum consecutio, quia cum forma substantialis non nisi in materiam perfectè dispositam inferatur; si forma rei nutritæ immediatè post subiret materiam, utique immediatè post esset materia perfectè disposita, atque adeo motus, quo disponebatur, omnino intercideret. Corroboraturque argumentum, quia cum in ortu cuiusque rei fiat usque ad materiam primam resolutio, necessum erit immediatè post praedictum instans cum alijs accidentibus alterationem aboleri; quandoquidem tunc rem generari dicunt, atque ita immediatè post erit simul, & non erit eadem alteratio: erit, quia immediatè post introducet per illam ultima dispositio: non erit, quia oportet tunc materiam nudam esse ad recipiendam formam substantialem rei, quae nutritur.

Tertiò, Detractio partium materiae, quae actione caloris humidum depascentis fit, non potest esse continua. Igitur neque accretio. Consecutio perspicua est, cum utrobique par ratio videatur. Antecedens suadet, quia cum diminutione, fluxuque materiae necessario coniuncta est generatio alterius substantiae, quae ex ea materia coalescit. Ea verò generatio cum sit productio substantiae per se, ac seorsim cohaerentis, momento perficitur, atque ita continua non est. Quartò, Animae perfectorum animantium sunt indiuisibiles, & inextensae. Igitur non possunt introduci in materiam siue totalem, siue partialem per mutationem diuiduam, & extensam, qualis est omnis motus. Postremò, Huic opinioni suffragatur Aristot. 8. lib. Physic. c. 3. text. 23. ubi conceptis verbis docet, nihil augescere, vel diminui continenter posse; sed mediam quietem interponi, sicuti cum lapis à gutta consumitur, non necesse est, ut si tantum gutta detraxit, iccirco mediam eius partem media temporis parte abstulerit.

Altera opinio est Scoti in 4. distinct. 44. quaestione 1. art. 2. Thomae Garbij lib. 1. suae summae tract. 5. quaest. 54. aliorumque recentium philosophorum, qui arbitrantur conuersionem alimenti discretè fieri

2. argum.

De definitione motus.

Confirmatio argumenti

3. Argum.

4. Argum.

Secunda opi
nio.

Eius confir
matio.

fieri per puncta temporis; accretionem verò successiuè, & continuè; aiunt enim nutritionis opus non simul cum accretione peragi; sed quãtitate, quæ rei alitæ vnà cum materia nutrimenti per instantia cohæsit, postea vi natiui caloris in raritatem abire, continenterque extendi. Atque in hac extensione partium rei viuents accretionem consistere. Ducuntur autem hoc potissimum argumento. Prius alimentum intra poros suscipitur, quam in rei viuents substantiam abeat; igitur viuens non redditur maius per alimenti in propriam substantiam commutationem. Probatur consecutio; quia huiusmodi commutatione peracta non maiorem loci capedinem viuens occupat, quam antea, siquidem pori tam ante, quam post conuersionem eodem modo sunt nutrimento repleti; cum igitur dum viuens accrementum capit, ad maius spatium dilatetur, necessariò fatendum erit accretionem fieri post conuersionem alimenti rarefacta, atque in ampliorem molè diffusa ea quantitate, quæ denuò per nutritionem accessit.

ARTICVLVS II.

VERÆ OPINIONIS

Explicatio.

Prima con
clusio.

Prima ratio.

Discremen
inter termi
nū magnitu
dinis ad ge
nerationē, &
ad nutritio
nē requisitū.

HÆC controuersia duplici assertionē enodanda est. Prima sit, Accretio, quæ in quouis poro fit, est motus continuus. Hanc tuetur Gregorius in 1. dist. 17. quæst. 2. art. 1. Burlæus lib. 3. Physi. ad text. 6. Thienensis lib. 5. eiusdem operis quæst. 3. Sotus ibidem quæst. 3. art. 2. Iandunus lib. 8. quæst. 7. Amadeus primo huius, quæst. 2. artic. 1. Marsilius quæstione 14. Saxonia quæstione 13. alijque complures. Quæ probatur in hunc modum; si accretio non esset motus continuus; sed fieret per minima in diuersis instantibus, vt aduersariæ partis auctores aiunt, ex eo esset, quia ita fieret aggeneratio, seu nutritio, & quia forma viuents nō posset subire prius medietatem minimi, quam totū minimū, proindeque deposceret totam medietatē minimi vltimo dispositam, vt aggeneratio daretur. Sed non ita res habet. Igitur accretio est motus continuus. Probatur assumptio; accipiatur enim aliquod minimum ex ijs: vel illud dicitur minimum quoad generationem; quia scilicet cum res de integro gignitur, potest in illud forma introduci, non autem in minus; vel quoad aggenerationem; quia nempe cū res nutritur, siue aggeneratur, potest forma in illud, non autem in minus recipi. Primum admitti non debet, quia in tam exigua materiæ portione, quanta vno poro excipitur, nequit verbi gratia, anima rationis particeps seorsim cohærere, cum Socrates denuò gignitur. Quod autem neque posterius admittendū sit, ex eo coluditur, quia eiusmodi minima fictitia sunt, ac sine ratione excogitata. Iccirco enim in prima cuiusque rei generatione dantur
minima

Iauei. in epi
de gener. III
ct. 2. c. 3.

Cap. 4. q. 2.

minima; quia res omnes physicae, ut per se ac separatim consistant, & ut commodè operentur definitam exigunt quantitatem, ut primo Physicorum libro exposuimus: at postquam genita res est, cum noua pars alimenti, quæ per nutritionem aduenit, materiae præexistenti adiungatur, totique inhærescat; nihil opus est certam materiae quantitatem definire, sed potius data quacunque portione alimenti, quæ habuerit qualitates omnes ad excipiendam formam viventis, confestim nutritio procedet. Ac cum qualitates ad quamlibet formam requisitæ incipiant esse in subiecto indeterminatè sumpto per vltimum non esse, ut 8. Physic. libro statuimus, nulla dabitur pars materiae alimenti informata forma rei, quæ nutritur, quin detur alia minor, quam prius eadem forma subierit. Quare erit nutritio motus continuus, & ex consequenti accretio, quæ illius comes est, ut docuit Aristoteles cap. 5. huius libri, text. 41. Adde quod ut ignis continue aggeneratur, & crescit, si ei materia combustibilis suppetat, ut videre est in deflagratione papyri: ita & vivens adhibito alimento continue nutriri, & augeri poterit.

Cap. 8. 2.

Confirmatur præterea eadem assertio testimonio Aristotelis, qui lib. 5. Physic. cap. 2. text. 18. & lib. 8. cap. 7. text. 55. aliisque in locis accretionem inter motus connumerat, & 5. Metaphysic. cap. 13. text. 18. docet continuitatem cõmunem esse motuum affectionem. Et rectè quidem, cum motus, ut lib. 3. Physic. cap. 2. text. 6. definitur, sit actus entis in potentia, ut in potentia, id est, ut in cõtinua successione versatur. Adde quod, docente eodem Aristotele hoc in cap. 5. text. 25. dum res augetur, pariter lationem subit: constat autem lationem motum continuum esse.

Confirmatio
conclusionis
ex dictis Arist.

Secunda assertio hæc sit. Accretio viventium non fit per rarefactionem alimenti in eorum substantiam conuersi. Hæc probatur, quia dum fit nutritio, si plus alimenti conuertitur, quam sit id, quod de materia viventis fluit, iam tunc vivens fit maius; quare non est expectanda rarefactio, ut vivens augetur. Item quia alioqui cum per rarefactionem, ut sequenti quæstione planum fiet, non acquiratur noua quantitas, sequeretur motum propriae accretionis non tendere ad nouam quantitatem, quod non videtur admittendum. Postremò sequeretur ventia, dum accrescunt, minus solida, minusque compacta euadere, ut cæteris rebus, cum in maiorem raritatem funduntur, accidere videmus; quod tamen haud ita se habere sensuum experientia testatur.

2. Conclusio.

ARTICVLVS III.

RESPONDETVR
CON-
trariarum opinionum
argumentis.

Mm 2

Super 2

Solutio. 1.
arg.

De forma
uniformiter
difformiter
extensa.

De intensio-
ne formæ vl-
tra primam su-
perficiem.

Superest, ut aduersariarum opinionum argumenta diluamus. Ad primum concessa maiori propositione, neganda est minor; ut verò quid ad eius confirmationem dicendum sit pateat, animaduertendum est cum forma in aliquo subiecto vniformi difformitate extenditur, in prima quidem superficie versus agens inesse certum gradum, at in partibus subiecti, quæ post primam immediatè sequuntur, non esse certum gradum intrinsecus terminatum. Exempli gratia, cum lignum calefit, perueniendum est ad aliquod instans, quo in prima superficie insideat calor intensus vsque ad quartum gradum; & in partibus subiecti, quæ proximè sequuntur, designari nequeat calor pari intensione; alioqui non seruaretur æquabilis difformitas; sic tamen ultra illam superficiem calor existet, ut quidquid infra quartum gradum esse potest, illic insit. Ex quo primum sequitur, si quispiam roget, num in partibus, quæ ultra primam superficiem proximè sequuntur, ad complementum caloris ut quatuor, sectile quidpiam, an insectile desideretur; respondendum sit deesse aliquid sectile, ita ut immediatè post designari non possit prima aliqua pars subiecti, quæ determinatum calorem possideat; sed in tali superficie desit tantum, in tali tantum pro ratione maioris, minorisue distantia à prima. Sequitur secundo, si in eodem ligno post illud instans, calefactionis motus continuetur; iam tempore proximè insequente dandum calorem, ut quatuor ultra primam illam superficiem. Nam cum ipsa met prima superficies immediatè post habitura sit intensiorem calorem, quam sit calor, ut quatuor, haud seruaretur difformis æquabilitatis tenor, si immediatè post minor caliditas, quam ut quatuor ultra primam superficiem inesset. Verum ut tempore proximè insequenti non licet designare certam temporis partem, quæ post illud instans primò sequatur; ita nec fas est præfinire partem subiecti, quæ calorem ut quatuor primò recipiat; sed quo quæque pars primæ superficiei vicinior fuerit, eò citius calorem ut quatuor obtinebit; quia, ut diximus, tanto unicuique parti minus deest ad perficiendum calorem ut quatuor, quanto primæ superficiei propius accedit. Siquis ad huius difficultatis intelligentiam plura deposcet, legat ea, quæ 8. Physicæ auscultationis libro in quaestione de inceptione, & desitione rerum à nobis disputata sunt.

Cap. 8. q. 2.

Solutio pri-
mi arg.

His animaduersis admissa maiori propositione, neganda est minor, & ad eius probationem concessa item maiori, neganda assumptio, dicendumque dispositionem completam ad introductionem formæ viuentis incipere in certa parte materiæ, quæ sequitur post primam superficiem, incipere, inquam, per vltimum non esse, darique instans, in quo liceat dicere, nunc ultra hanc superficiem non est v. g. calor ut quatuor, qui requiritur ad formam viuentis, sed immediatè post erit, atque in hoc momento deesse quidpiam diuiduum, quod tamen, quia est minimum infra calorem, ut quatuor, ita se habet, ut quemadmodum in eo nequit assignari dimidiū; ita nec ei⁹ medietas prius acquiri possit, quam totū.

Solutio 2. ar-
gum.

Ad secundū respōdendū est, si in corruptione n̄ fieret resolutio vsq;

ad

ad materiam primam, debuisse post instans, quo nutritio incipit, continuari simul cum ea alterationem illam singularem, qua materia ad recipiendam animam viuentis disponitur; in eoque euentu non desineret esse motus alterationis, nisi per primum non esse, nimirum in eo instati, quo cessaret dispositio materiae in illo poro. Nunc vero cum tueamur, ut probabiliorem, sententiam existimantium re intereunte fieri resolutionem usque ad materiam primam; dicimus immediate post illud instans, quo nutritio subsequitur, non continuari iam illam singularem alterationem, quae antea erat; quia immediate post corrumpitur alimentum, mutaturque subiectum, à cuius identitate pendet identitas huius singularis motus, ut lib. 5. Physic. cap. 4. quaest. 5. ex Aristotele docuimus. Itaque illa singularis alteratio desinit per primum non esse in praedicto instati: sed in eodem incipit extrinsecus alia, per quam introducitur in materiam totum id, quod deerat ad completum dispositionum: quae dispositiones non recipiuntur iam in materia sub forma alimenti, sed sub forma rei nutritae, prius natura in genere causae dispositivae, quam forma: quemadmodum cum ignis de integro generatur ex aere, calor summè intèsus & intrinsecè in facto esse terminatus, non nisi in materiam sub forma ignis constitutam infertur. Itaque neque per vltimū sui esse desinit motus; neque immediate post instans est, & non est eadem alteratio; quādoquidem prior desinit per primum sui non esse in eo puncto temporis, quod subsequuta fuit nutritio, posterior autem incipit eodem puncto per vltimum sui non esse, & desinit post finitam in illo poro nutritionem per primum sui non esse.

Aduerte tamen cum alimentum, sicuti & caetera corpora vitae expertia certis limitibus quoad conseruationem versus minimum finiatur, ut in primo Physic. cap. 4. quaest. 1. art. 9. statuimus, necessario, ne alimentum, dum conuertitur, infra terminum sibi praescriptum maneat, momento introducendam formam rei nutritae in aliquā materiae portiunculam non dum vltimis dispositionibus affectam; nimirum cum peruentum fuerit ad eam quantitatem, in qua iam forma alimenti manere non possit, ut loco citato monuimus: proindeque tunc nec illam nutritionem, nec acquisitionem quātitatis continuam, & successiuam; sed momentaneam fore. Verum hoc non per se, sed ex accidente euenit, ratione termini, quem non viuentia postulant.

Ad tertium respondendum est detractionem partium de materia rei viuentis interdum fieri continuè, interdū non. Continuè, cum portio materiae, quae defluit, alteri parti iam dissolutae, vel cuiusque alteri vicino corpusculo eiusdem rationis, & naturae continuè iungitur; quod nonnunquam eueniet: ac tunc necessario cum quantitas rei, in qua talis pars detracta, seu corrupta conuertitur, est infra minimum quod sic via generationis; similiter atque accidere videmus igni, cum continuè extinguitur, eiusque partes in aerem. v. g. conuersae affuso aeri continuantur. Non continuè, cum aliqua item pars viuentis per se, ac seorsim corrumpitur, hoc est, ita à viuente diuellitur, ut non vniatur, aggenereturque alteri corpori; tunc enim cum detur integra substantiae

Corrupto subiecto cessat identitas numeralis motus.

Quo pacto desinat motus alterationis in nutritione.

Quo in euentu fiat pars nutritionis in instati.

Solut. 3.

Detractio partis à viuente quando fit, vel non sit continua.

productio, oportebit resolutionem, quam illa comitatur, momento cōfici, ut ipsa quoque productio momentanea sit. Porro autem licet imminutio, ut in propositis exemplis liquet, interdum continua non sit, aggeneratio tamen semper est continua, præterquam cum in conuersione alimenti peruētum est ad illam particulam, de qua paulò ante diximus, quia id, quod denuò in substantiam rei uiuentis conuertitur, cum ipsa re uiuente perpetuò vnitur, & continuatur. Vnde perspicuum relinquitur non eandem esse rationem, quoad continuitatem in aggeneratione, & in dissolutione partium, quæ aggenerationem comitatur, quasi oporteat quoties hæc momento fit, illam quoque momentaneam esse.

Solutio. 4.

Ad quartum respondendum est, ut aliqua forma per aggenerationem successiuè introducatur in materiam, non opus esse, ut ipsa in se extensa sit, & diuidua: sufficit enim occupare successiuè materiam per extensionem virtualē, tametsi eiusmodi introductio successiua non obtineat perfectam rationem motus ob eas causas, quæ lib. 5. Physic. cap. 2. quæst. 1. art. 3. à nobis explicatæ fuerāt. Ad testimonium ex octauo Physicorum dicendum, Aristotelem eo loco non negare accretionem in vno poro factam esse motum continuum, sed tantum similitudine guttarū lapidem excuantium, quæ non semper aliquid detrahunt, cum oporteat lapidē guttis sensim mollescere priusquam ei noua pars adimatur, tātum, inquam, docere accretionem animalis non ita continentem esse, ut membra perpetuò augeantur, cum omnia uiuentia incrementi sui metam habeant. Vel dicendum coargui ibi ab Aristotele Heraclitū, qui omnia continēter labi, & in perpetuo fluxu ac motu versari aiebat, quæ est interpretatio D. Thomæ, & aliorum.

Explicatur lo-
cus Arist.

Responso
ad argumē-
tum pro 2.
opin.

Ad argumentum pro secunda opinione respondendum est licet uiuens cum primò alimentum poros subit, nec dum conuertitur, accrescat per dilatationem partium; sicuti etiam cum tumescit, aut humorū copia abundat: non tamen augeri accretione uiuentibus propria, nisi cum alimentum in suam substantiam mutat: tunc enim fit maius accessu nouæ quantitatis sibi inhærentis: constat autem posse tunc in ampliolem molem fundi absque interuentu rarefactionis, quando videlicet plus alimenti accedit, quàm de substantia rei uiuentis labitur.

De hoc He-
racliti dog-
mate Aristo-
teles lib. 4.
Metaph.

Q V Æ S T I O XVII.

AN CORPVS, QVOD RA-
rescit, nouam acquirat quantitatem,
nec ne.

ARTICVLVS I.

QVIDNAM SIT RARI-
tas, & densitas.



Vius excitandæ controuersiæ occasionem dedere, qui arbitrati sunt viuentia non nisi per rarefactionem incrementa sumere. Vt verò propositam difficultatem enodemus, inquirendum prius est, sint ne raritas, & densitas veræ qualitates. Omissio autem veterum quorundam philosophorum dogmate aientium rarū esse id, in quo vacua multa insunt, partibus inani interstitio ab se distātib; id verò densum, cuius partes constipatæ sunt, ac sibi omnino cohærent, nullis aut paucis vacuis insertis. Omissio, inquam, eo dogmate, quod ab Aristotele cap. 9. libri 4. Physic. refellitur; controuersum est num raritas, & densitas in numero qualitatum, an potius quantitatū reponi debeant. In primis nanque Aristoteles in qualitatis categoria, negat eas esse qualitates, aientis rarum, & densum quale quid videri; re vera tamen non esse. Quod item confirmat 8. Physic. lib. cap. 7. text. 55.

Secundò, idem suadet definitio rari, & densi tradita 4. lib. eiusdem operis cap. 9. text. 84. nempe rarum est, quod sub magnis dimensionibus parum obtinet materiæ; densum, quod sub paruis multum materiæ cohibet, quæ definitio situm potius, & extensionem, quam modum qualitatis innuit. Præterea in corporibus cœlestibus inest, raritas, & densitas; stellæ enim, vt lib. 2. de cælo explicatum fuit, sunt partes cæli densiores: & tamen raritas eiusmodi non videtur esse qualitas, quia neque prima est nec è primis orta, vt patet: cum igitur eadem ratio sit in sublunari, & cœlesti raritate, non videntur raritas, & densitas inter qualitates numerandæ.

Sic tamen huiusce dubitationis conclusio, raritatem interdum significare partium positionem, interdum veram qualitatem sensibus subiectam. Vtranque partem cōclusionis asserit D. Augustinus in suis categorijs cap. 12. Prior inculcatur ab Aristotele tum alibi, tum in libris Physicorum loc. cit. Posterior traditur ab eodem Aristotele 7. item Physicorum cap. 2. text. 11. & 2. de partibus anim. cap. 1. vbi densitatem, & raritatem inter qualitates tactui subiectas recenset. Idem approbat D. Damascenus in suis Physicis cap. 12. Auctor sex principiorum cap. de Situ, Boetius, & Albertus capite de quantitate. D. Thomas 1. huius operis, lect. 14. & 3. p. quæst. 77. art. 2. Auerroes, & Burlæus lib. 4. Physic. ad text. 84. Capreolus in 2. dist. 19. quæst. 1. art. 3. Argentinas in 2. dist. 18. quæst. vnica art. 4. Hispalensis, & Durandus quæst. 1. Soncinas 8. metaphysic. quæst. 27. & alij. Quid autem sint raritas, & densitas hoc secundo modo spectatæ, prout ad qualitatis categoriam pertinent, non aliter explicat D. Thomas 3. p. loco citato, quàm dicendo esse qualitates quasdam consequentes corpora, ex eo quod multum, parum uè habeant materiæ sub dimensionibus.

Igitur ad primam earum rationum, quibus probari videbatur raritatem, & densitatem nunquam pro veris qualitibus accipi, respondendum est Aristotelem eo loco usurpare rarum, & densum secundum eam tantum notionem, qua partium situm, positionemque significant. Quo pacto

Definitio rari, & densi.

Conclusio.

D. August.
D. Damasc.
D. Thomas
Boetius.

Qua acceptione raritas & densitas non sint qualitates.

Bargins in
1. d. 6. q. v.
nic. Zimara
4. physic. cō-
tradit. 8. A
stodil. hoc
lib. q. 17.

Et in 4. d. 12.
q. 1. a. f. q. 12.
3. ad 6.

paſto fatemur qualitates non eſſe. Ad ſecundum dicendum in vulgata illa definitione rari, & denſi non explicari formalem rationem denſitatis, & raritatis, prout qualitates ſunt; ſed id, quod à raro, & denſo connotatur. Quare nihil mirum ſi in ea nulla fiat mentio qualitatis.

Ad tertium omiſſis controuerſijs dicendum eſt cum Egidio lib. 2. hexam. cap. 35. alijsque nonnullis in eſſe cœlo raritatem, & denſitatē, easque nec primas qualitates eſſe, nec ex primarum commixtione oriundas, vt ſunt eę, quæ in ſublunaribus corporibus inſident; ſed habere ſe vt lucem, aliasque cœleſtis mundi qualitates, quæ alia originis ſuæ primordia vendicant, neque ſunt qualitates primæ, neque ſecundæ, id eſt, ex primis ortæ. Nec officit, quod Ariſtoteles 4. Phyſic. cap. 9. text. 85. ait raritatem cauſam eſſe leuitatis, & mollitudinis; denſitatem verò grauitatis, & duritię, quæ affectiones à corporibus cœleſtibus longè abſunt; loquitur enim ibi de raritate, & denſitate non in toto ſignificati ſui ambitu; ſed duntaxat prout in mundo elementari ſunt. Nec vero oportet, vt quencunq; effectum in ſublunari regione raritas, & denſitas pariunt, eundē in orbe cœleſti edant, quanuis vtrobiq; ſint eiſdem ſpeciei, vt eſt probabilior auctorem ſentētia. Videmus ſiquidem lucem apud nos calorem progignere, quem in ſphæris cœleſtibus nullo paſto efficit. Nimirum ſic natura comparatum eſt, vt cauſæ phyſicæ pro ratione ſubiectæ materiæ effectus ſuos aut promāt, aut inhiſcant.

Raritas denſitasque cœloſitis & ſublunaris ſunt eiſdem ſpeciei.

ARTICVLVS II.

DIVERSAE OPINIONES

circa controuerſiam initio
propoſitam.

Primā opin.

His ita conſtitutis, vt ad propoſitæ quæſtionis difficultatem accedam⁹, occurrit in primis ſentētia Godofredi quodl. 11. quæſt. 3. & aliorum, quos refert Scotus in 4. diſt. 12. quæſt. 4. item Marſilij in 4. quæſt. 9. art. 2. Pomponatij 2. de augmentatione cap. 10. exiſtimantium, cum quippiam rareſcit, nouam acquirere quantitatem, totamque præcedentem abijcere. Cuius ſententiæ prior pars hiſce argumentis perſpicua videtur. Id, quod rareſcit, nouam ſibi extensionem vendicat, vt eſt vel ſenſibus ipſis manifeſtum: atqui maior extenſio, eſt maior quantitas, cum extenſio ſit formalis ratio quantitatis. Igitur quod rareſcit, acquirit maiorem quantitatem: ſed fieri nequit, vt quantitas minor euadat in maiorem abſque nouæ quantitatis accēſſu. Igitur in rarefactione acquiritur noua quantitas.

Primum argum. pro priori parte huius ſententiæ.

2. argum.

Secundò, cū cera in vaſe liqueſcit, & in maiorem raritatem abit, oriuntur noua puncta, ergo & noua quantitas. Conſecutio perſpicua videtur, aſſumptum probatur; Sit vaſis vsque ad medietatem repletum
cera,

Consule A.
rist. in Me-
chan. q. 24.

cera, quæ paulatim rarefcens affurgat, ita vt externa eius superficies, quæ dimidiæ superficiæ concavæ vasis respondebat, iam toti illius superficiæ respondeat. Hoc in euentu vniuerfa puncta, quæ inerant in superficie ceræ, habebant antea alia sibi ex aduerso respondentia ex parte superficiæ concavæ vasis; ita vt nullum omnino esset punctum, cui aliud non responderet: nunc autem puncta ceræ non his tantum respondent; sed alijs etiam infinitis eiusdem concavæ superficiæ vasis, quæ in alia superiori medietate inerant. Igitur dum cera rarefacta est, noua puncta acquisiuit.

Tertio, si eadem numero quantitas nunc minor, nunc maior esset, posset quantitas intendi, & remitti; quod negat Aristoteles in categoria quantitatis. Nec satisfaciet qui dixerit loqui duntaxat Aristotelem de quantitate certa, & præfinita, vt de bicubito, & tricubito. Nam si de ijs tantum loqueretur, pari ratione negasset qualitatem intensionem, aut remissionem suscipere: quandoquidem qualitas certa, vt duum, triumvè graduum, qua eiusmodi est, nec intendi, nec remitti potest. 3. argum.

Quarto, Quælibet Thomistæ reclamant, in intensione qualitatum acquiratur noua qualitas, ac nouus gradus re ipsa à præcedentibus differens; ergo & in extensione quantitatis comparabitur noua quantitatis portio, cum in vtroq; sit æqua ratio. Quinto, Maior extensio, quæ per rarefactionem aduenit, acquiratur successiua quadam mutatione, atque adeò per motum; sed motus, cum sit actus entis in potentia, est nouæ rei acquisitio. Igitur ea extensio, quæ aduenit ei; quod rarefit, noua quædam res est, nec alia, quam noua quantitas. 4. argum.

Hicce fere argumentis stabiliri solet prima pars propositæ opinionis. Secunda verò, quæ asserit in rarefactione totam præcedentem quantitatem abijci, ita ostenditur. Sit A. materia rei, quæ rarefit, quæ materia habeat quantitatem pedalem B. & vt proximè conclusum fuit, acquirat per rarefactionem nouam quantitatem pedalem, quæ vocetur C. non amissa tamen priori, vt aduersarij contendunt, aut igitur C. recipietur adæquatè in A. aut in aliqua eius parte. Neque enim recipitur in materia extrinsecus ascita, cum in rarefactione nulla recens materia accedat, vt est omnium philosophorum consensus: si adæquatè in A. perseverante B. erunt duæ quantitates se se inuicè permeantes in eodem subiecto: si verò recipitur in aliqua parte ipsius A. aut pars quantitatis præexistentis, quæ in ea materiæ parte insidebat, manet sine subiecto, aut inde ad aliquam materiæ partem abscedit; atque ita accidens ab vna parte subiecti ad aliam demigrabit; aut denique manet in eadem parte materiæ, sicque duæ quantitates in eadem parte subiecti erunt. Quæ omnia cum absurda, & impossibilia sint, perspicuum relinquitur totam priorem quantitatem deperdi; imo in nullo instanti rarefactionis vllam præcedentis quantitatis particulam dari posse. 5. argum.

Altera est opinio, quam Scotus sua tæpestate in scholis philosophorum communè fuisse ait, quamq; ipse amplectitur in 4. dist. 12. q. 4. Bassolius Argumenta pro posteriore parte eiusdem opin.

quæst. 3. art. 2. & Caietanus in cōmentarijs 3. partis ad art. 5. quæstio-
nis 77. Hispalensis in 2. dist. 18. quæst. 1. alijq; nonnulli tam Scoti, quā
D. Thomæ sectatores; videlicet in rarefactione accedere nouā quanti-
tē; eam tamen, quæ præerat, non amitti. Huius prior pars iisdem niti-
tur rationibus, quibus prior pars superioris sententiæ. Posterioris ve-
rò confirmatio in sequentem disputationem reiicienda est.

A R T I C V L V S I I I.

R A R E F A C T I O N E N E Q V E veterem quantitatem deperdi, neque nouam acquiri.

NEutra earum opinionum, quas articulo superiori retulimus, ve-
ritati consentanea videtur; sed ea, quam sequitur D. Thomas in
1. 2. quæst. 52. art. 2. & in 2. 2. quæst. 24. art. 5. Gregorius in
2. dist. 12. quæst. 2. art. 1. Capreolus dist. 18. quæst. 1. Aegidius
quodlib. 2. quæst. 11. Soncinas lib. 8. Metaphys. quæst. 27. alijque
non pauci, videlicet in rarefactione neque præcedentem quantitatem
aboleri, neque nouam acquiri. Prior huiusce assertionis pars, in qua cū
secunda opinione conuenimus, hisce argumentis ostēdi potest. Omne
accidens absolutum vno è tribus modis interit, vel conseruaticis cau-
sæ abscessu, vel aduentu contrarij, vel occasu subiecti, in quo insi-
det; sed dum quidpiam rarefit, nō potest eius quantitas interire primo
modo: siquidē absente eo, quod quantitatē produxit, manet quantitas.
Nec secundo, cū nihil quātitati sit contrarium: nec denique tertio,
quia subiectum, quod rarefit, toto rarefactionis decursu idem perseue-
rat. Nullo igitur pacto id, quod rarefit, quantitatem amittit.

Deinde aut quantitas præcedens amittitur in primo nō esse motus
rarefactionis, aut successiuè, dum subiectū rarefit: sed neutrum horum
dici potest; ergo &cæt. Probat minor quoad priorē partē; quia ante
primū non esse rarefactionis fuere transacta infinita instantia, quibus
materia iam rarior, maiorque erat; ergo iam in illis deperdi potuit quā-
titas præcedens. Quoad posteriorem partem ostenditur, quia id, quod
successiuè amittitur, non totum simul, sed per partes labitur. Quare
in aliqua temporis portione erunt aliæ deperditæ, & aliæ nihilominus
remanebunt; proindeque si tunc cesset rarefactio, non erit amissa
tota quantitas: ex quo sequitur non in omni rarefactione fieri iacturā
totius quantitatis præcedentis.

Iam verò altera eiusdē nostræ assertionis pars, videlicet in rarefactio-
ne nullam nouæ quantitatis portionem acquiri, facile ostenditur.
Nam, vt articulo proximo pro confirmanda posteriori primæ opi-
nionis parte argumentabamur, vel illa noua quantitas reciperetur
adæquatè in tota materia, vel in aliqua eius parte, quorum vtrum-
que à vero abest: &cæt. Vt autem veritas magis eluceat, ad-
uertendū

Tertia opi-
nio.

Eius confir-
matio.

Leg
lib.
aric
leg
plac
kup
6 Ph
quæ

uertendum est in eo, quod secundum se totum rarefit, omnes particulas quantunlibet exiguas, & minutas extensiores fieri, non quidem accessu nouarum partium quantitatis, quæ cum præcedentibus continuetur, vti diximus (videturque docuisse etiam Aristoteles lib. 4. Physic. cap. 9. text. 84. aiens raritatem fieri nulla re de nouo accedente) sed quia eadem numero quantitas, quæ antea materiam minus perficiebat; nunc dum se se explicat, & quodammodo euoluit, eadem materiam magis perficit. Quippe continuæ quantitatis, de qua differimus, ratio in eo posita est, vt substantiam, cui inhæret, extendat, quemadmodum albedinis, vt eam dealbet. Cum igitur eiusmodi quantitas materiam amplius dilatarit, eique magis dominata fuerit, & potentiam, quam ad maiorem extensionem suscipiendam habebat, proprio modo explerit; vti que magis perfecta censebitur; non quidem adiectione noui gradus à priori quantitate re ipsa distincti; sed accessu nouæ perfectionis, ac noui cuiusdam modi, quo res manens eadem, quæ prius erat, aliter se se nunc habet, atque antea. Et adhuc modum, siue ad quantitatem sub hoc modo terminatur motus quidam, quem res subito rarefit; de quo infra.

ARTICVLVS III.

DISSOLVUNTUR CONTRARIARUM PARTIUM ARGUMENTA.

Nunc aduersariorum argumenta diluamus. Ad primum eorum, quibus prior sententia nitebatur, dicendum id, quod rarefit, acquirere maiorem extensionem; itemque maiorem extensionem, esse maiorem quantitatem, sed non omne quantitatis incrementum fieri appulsu nouæ quantitatis. Potest enim reddi quantitas maior accedente ei noua perfectione, quæ nihil aliud sit, quam eadem quantitas sub nouo modo. Atque hinc patet quid respondendum sit ijs, qui mutato quantitatis in maioris extensionis nomine, quærunt vbi nam maior illa extensio, quam nouam perfectionem esse fatemur, recipiatur. Videlicet dicendum recipi in tota quantitate; nec inde vllum sequi absurdum, cum illa noua perfectio non sit noua quantitas, sed nouus modus, qui quantitatem à se ipsa non re, sed ratione tantummodo dissidentem facit.

Ad secundum, rarefactione non acquiri noua puncta, sed ea, quæ prius inerant, denuò respondere alijs, quibus non antea respondebant, quemadmodum & ipsa quantitas, cuius partes copulant, denuò coæquatur maiori quantitati, quam prius. Neque debet mirum videri id, quod hinc sequitur, nempe totidem esse puncta in minori, atque in maiori quantitate. Id enim absolute, atque extra huiusce quæstionis difficultatem admittendum esse constat, vt in Physicis docuimus. Si enim sumantur duo circuli concentrici, A. B. quorum maior, nempe A. includat minorem; omnes lineæ, quæ ductæ fuerint in centrum ab A. intersecabunt B. in puncto,

Na 2.

cto,

Solutio primi argum.

Solutio 2.
Noua perfectio quantitatis non est noua quantitas.

Non plura sunt puncta in maiori circulo, quam in minori.

Lege Euclidem
lib. 1. elem.
axiomate. 10
lege etiam, si
placet, quæ
scriptum est lib.
6. Physic. c. 2.
quæst. 1.

Et o, cum lineæ nullā vendicēt latitudinē. Igitur nō plura puncta in sunt in A. quā in B. Patet cōsecutio; quia alioqui aliqua linea posset duci ab A. quæ nō inueniret punctū in B. atq; adeo, quæ n̄ pertrāsiret per B.

Solutio. 3.

Suscipere magis & minus latius patere, quam intēdi & remitti.

Ad tertium omnia accidentia, quæ nunc magis, nūc minus remperficiunt, dici suscipere magis, & minus, etiam quantitates: non tamen omnia, quæ eiusmodi sunt, ex vsu philosophorum dici intēdi, & remitti; hoc enim qualitatibus duntaxat, vt candori, & nigredini; & ijs, quæ in perficiendo subiecto qualitatis modū obtinent, vt actionib⁹, & passionibus philosophi accommodarūt, aientes proprio vocabulo magnitudinē extendi, & contrahi. Ita q; suscipere magis, & min⁹ lati⁹ patet, suo q; ambitu cōprehendit nō solū intēdi, & remitti, sed etiam extendi, & contrahi. Quod autē Aristoteles in categorijs negat quantitatē suscipere magis, & minus, de solis præfinitis, & determinatis quantitatib⁹ intelligi debet, vt in argumēto dicebamus. Nec quod contra opponebatur, quicquā efficit. Licet enim qualitas præfinita, magis & minus nō suscipiat, sicuti nec determinata quantitas; id tñ de sola præfinita quantitate Aristoteles pronūtiauit, quia expēdebat eo loco quātitatē, put substantiā demetitur. Ratio autē mensuræ in aliquo certo potius, & præfixo, quā in incerto, & vago posita est. Vnde ad definitas quantitates nuncupādas simplicia nobis suppetūt vocabula, vt palm⁹, bicubitus, tricubitus: nō ita verò ad notandas qualitates certæ intensio nis. Lege D. Thomā 2. 2. quæst. 24. art. 5. ad 1. Capreolū in 2. dist. 18. quæst. 1. Si hæc solutio minus placet, dic suscipere magis, & minus, cū strictē accipitur, quo modo ab Aristotele loc. cit. sumitur, idē valere atque intēdi, & remitti, quod cū competat solis qualitatibus, quæ graduum intensione, & detractione auferunt, & minuuntur, nihil mirū si quantitatibus nullo pacto accommodetur.

Altera solutio eiusdem arg.

Solut. 4.

Cur in intensione acquiratur noua qualitas, non tamen in rarefactione noua quantitas.

Ad quartum respondendum est licet in intensione qualitatis noua qualitas acquiratur: in rarefactione non comparari nouam quantitatē: quia non est vtrobiq; eadem ratio. Namque euolutione, & explicatione partium iam latentium absque accessu nouarum realitatū potest quantitas magis extendi, magisque in se perfici, quia eæ partes talis sūt naturæ, vt iam quoad suam realitatem, antequam se prodant, possint in quantitate esse. Qualitas autem intensioni subiecta esto habeat etiam partes, ex quibus eius perfectio intensiua confurgit; nō possunt tamen eæ, antequam intendatur qualitas, inesse illi actu quoad suam realitatem: alioqui lignum v. g. quod dicitur habere sex gradus frigoris, & duos caloris, & immediatē post hoc instans calefiet vsque ad sextū caloris gradū, iā in hoc instanti haberet actu eos grad⁹ caloris quoad ipsorū realitatem, atque ita re ipsa clauderet in se sex gradus caloris, & sex frigoris, si nulla ei realitas, sed modus tantū ad horū graduū cōplementum desit. Quod tamen non est admittendū, quia realitas ipsa sex graduū frigoris nō patitur in eodē subiecto alios sex sui contrarij. At in quātitate facile est intelligere quomodo quātitas duorū palmorū quoad realitatē insit in quātitate vni⁹ palmi, quia videlicet illa quātitas ex materia defusa ampliari potest sese euoluēdo. Quæ euolutio n̄ cernitur in qualitate.

Ad

Adde quod nihil repugnat nō solū gradus qualitatis eiusdē speciei realiter distinctos, sed qualitates & re, & natura diuersas inueniri simul in eodem situ; eademque parte subiecti; quod tamen de magnitudinibus realiter dissidentibus affirmari non potest. Vnde cogimur asserere non acquiri per rarefactionem nouam quantitatem, cum aliò qui nihil obstat, quominus intensiōis motu noua qualitas comparetur. Sed hæc lib. 8. Metaphysic. ubi quæritur num intensio qualitatum fiat additione graduū fusiū, & enucleatiū explicanda erunt.

Ad quintū quid respondendum sit, ex ijs, quæ proximo articulo disseremus, constabit. Quod vero attinet ad argumentum, quo aduersarij posteriorem suæ sententiæ partem confirmabant, dicendum rectè concludere amitti totam præcedentem quantitatem, si per rarefactionem noua quantitas acquiratur; verū cum hoc nequaquam à nobis concedatur, patet totam eam probationem futilem esse.

Ad 7. proximo articulo.

ARTICVLVS V.

QVOS MOTVS SVBE-
at corpus cūm rarefit.

VT ea, quæ in hac disceptatione pertractata sūt, apertiora euadāt, obseruādum erit subiectum, quod rarefcit, varijs affici motibus, quorum primus est calefactio. Nam calor præuia est, & apposita ad raritatem præparatio, cuius rei indicium habetur, quod duo superiora elementa, quæ calore magis abundant, rariora sunt. Item quod ea, quæ rarefiunt, prius incalescunt, vt videre est in puluere tormentario, qui calore correptus, accēsusque in raritatē sic abit, vt confestim erumpat liberiores quærens locum, atque interdum, vt compendio exeat, tormenta ænea discindit. Sæpe tamen sine præeunte calefactione rarefactio contingit, vt cūm aurum artificum opera in tenuissimas bracteolas, aut fila dilatatur.

Primus motus rei, quæ rarefit.

Alius est motus perpetuus rarefactionis comes, nempe latio, vt est concors philosophorum sententia. Etenim dum partes materiæ distenduntur necessariò acquirunt nouum locum, ac maiori spatio coexistunt. Obijciat tamen primò aliquis, latio respondet rarefactioni? ergo quæadmodum in latione vno ubi acquisito deperditur aliud (quãdo quidem postquam mobile bipedale pertransijt spatium duorum pedum nihil iam de priori ubi retinet) ita acquisita noua quantitatis perfectione nihil omnino ex priori conseruabitur. Deinde, in eo instanti, quo ex aqua gignitur aer, materia rarefcit; siquidem oportet aerē aqua esse rariorem: & tamen in instanti non est motus localis: ergo aliquãdo datur rarefactio, quã motus localis non comitetur. Ad primū horum dicito terminum motus localis non eodem modo se habere, quo se habet terminus rarefactionis; cum enim mobile pluribus locis adæquatis simul respondere nequeat, fieri non potest, vt acquirat vnū locū

Secūsus motus.

Obiect. 1.

Obiect. 2.

Dilatatio 1. obiectiōis.

Hac de re Leonard. Lachinus in q. natur. q. 4.

Dilat. 2.

quin priorem deserat: at nō ita se habet subiectum, quod rarefit, ad terminum rarefactionis, vt planum est. Ad secundum respondemus in instanti, quo aer ex aqua gignitur, non dari rarefactionem, id est productionē maioris raritatis; quia tota raritas necessaria ad introductionem formæ aeris iam fuerat in materia aquæ tempore immediatè antecedente punctum generationis; fuerat inquam, tota saltem in fieri, vt philosophi loquuntur: licet in esse quieto non detur nisi in instanti, quo forma introducitur; latio autem non comitatur productionem raritatis nisi in fieri, quia tunc solum magis dilatatur subiectum. Quæri hic etiam posset num saltem in resurrectione, cum ex materia cinerum, corpora suis organis distinguenda, perficienda que sunt; num, inquam, in eo instanti diuina virtute dāda sit latio momentanea rarefactionem, vel condensationem consequens. Sed hæc difficultas explicata iam à nobis fuit lib. 6. Physicor. cap. 6. quæst. 1. art. 2.

Quidnā quā
titatis immo-
tum maneat
in rarefactio-
ne, & condē-
satione.

Illud tamen hoc loco prætereundum non est, videlicet in rarefactione semper immobile manere illud indiuisibile, quod est quasi terminus à quo motus localis, & in condensatione illud, quod est veluti terminus ad quem eiusdem. Itaque cum cera vase inclusa rarefit, vltima superficies tangens vasis fundum non mouetur. Non enim deorsum comitat, alioqui penetraret vas; neque sursum, quia vel alia superficies succedit in eius situm, vel non: si succedit, dū hæc ascendit, & descendit illa, necessariò in eo occursum se se aliquæ partes penetrabunt: si non succedit, oportebit dari vacuum inter imam superficiem ceræ, & fundum vasis. Quæ cum viribus nature esse non possint, fatendum erit prædictam superficiem immotam, atque fixam manere.

De media li-
nea.

Item si fiat rarefactio à medio alicuius corporis versus vtranque extremitatem, non mouebitur media linea. Peto enim quoniam feratur, in dextram ne an sinistram partem? at nulla ratio est, cur potius in vnā, quam in alteram tendat, cum altera pars, quam copulat, hæc; altera illac feratur. Similiter neque in condensatione mouetur punctum centri, cum non sit maior ratio, cur in vnā, quam in aliam partem eat.

Obiectio.

Erit tamen qui obijciat. Si detur superficies, vel linea, punctum uè immobile in rarefactione, sequitur, cum subiectum rarefit, eius partes diuidi, ac disseccari continuitate amissa; hoc autem admittendum non est: ergo neque illud. Probaturs consecutio, quia cū inter omnes partes, & illam superficiem, lineam, punctum uè, nihil medium sit, impossibile erit illas omnes moueri, quin vel hæc secum deferat, vel si ea, vti dicimus, immota manent, ab eis diuellantur. Corroboraturque argumentum, quia vt impossibile est moueri superficiem immotis omnibus partibus, quin ab eis separetur, ita & moueri partes omnes, quin à superficie abiungantur. Huic obiectioni neganda est consecutio, & ad eius probationem dicendum inter illam superficiem, lineam, & punctum, & omnes partes subiecti, quod rarefit, collectiuè sumptas nihil mediū esse: esse tamen medium inter illa, & quamlibet partem, quatenus vnaquæque pars diuidi potest in minorem, & procedendo versus tale punctum v. g. post illam datur alia minor, atque ita progrediendo in infinitum.

Dilutio.

nitum. At cum ponamus totum subiectum rarefieri, admittendum erit omnes, & singulas partes vnà moueri: sed negandum debere illas propterea diuelli à prædicto puncto, linea, aut superficie; quia quemadmodum omnes ita mouentur, ut seruent continuitatem cum ijs, quibus communi termino copulantur: ita sic ultra eiusmodi indiuisibilia coextenduntur, & situm mutant, ut non oporteat ab eis separari. Alia tamen ratio est in superficie; si moueretur. Etenim cum illa non subeat motum ratione sui, sed ratione partiū, quarū est terminus; fieri nō potest, ut illa moueatur, quin partes motum subeant, esto partes moueri queant illa immota, ut pote quæ non illius beneficio mouentur.

De puncto,
linea, & super-
ficie.

Tertius motus, qui cum res quæpiam rarefcit, necessario datur, proprieque rarefactio dicitur, est motus tendens ad raritatem, prout est qualitas quædam subiecta sensibus, pertinens ad tertiam speciem qualitatis. Non enim probamus illorum sententiam, qui raritatem, & densitatem in quarta specie qualitatis collocant; siquidem quæ in ea continentur, cum sint terminus quantitatis, ut potè forma, & figura, in sola externa illius facie insunt: at raritas, & densitas etiam interius peruadunt. Esse verò dandum talem motum ad raritatem, constat ex conditionibus, quas lib. 5. Physic. ostendimus requiri, ac sufficere ad veram, germanamque motus rationem; quæ omnes, ut consideranti planū erit, in acquisitione raritatis inueniuntur. Est autem is motus alteratio, ut indicat eius terminus, colligiturque ex ijs, quæ ab Aristotele traduntur lib. 4. Physic. à text. 84. ex quo etiam coarguitur eorum opinio, qui in raritate, & densitate nihil præter relationes excessus, & defectus, aut negationem, coniunctionis, vel abiunctionis partium agnoscunt, cum nec ad relationes sit motus, ut probatum est ab Aristotele lib. 5. Physic. à text. 10. neque etiam ad negationes, ut quæ sint expertes omnis entitatis, quæ motu comparari possit.

Tertius motus.

Ad raritatem
datur motus
alterationis.

Quartus motus est is, quo acquiritur eadem quantitas sub nouo modo, seu maior extensio eiusdem quantitatis: quandoquidem quantitas, quæ antea erat vnus palmi v. g. fit duorum palmorum. Ac quod dum subiectum rarefit, debeat quantitas, saltem quoad hunc modum, variari, ex eo patet, quia omnis varietas penes relationes supponit mutationem seu varietatem in fundamento; constat autem id, quod rarefit, variare relationes æqualitatis, inæqualitatis, distantiarum, aliasque his similes, quarum fundamentum est quantitas.

Quartus motus.

Sanè quod hic motus distinguatur à motu locali, de quo antea, ex eo ostenditur, quia potest Deus efficere, ut cera respondeat puncto eodem modo, quo totum corpus Christi in diuina Eucharistia respondet non tam exiguæ parti dimensionum panis, quin minori: deinde cera ita constituta potest diuinitus rarefieri, & extendi in ordine ad se, nihilo variata distantia, neque situ in ordine ad locum, & spatium, seu verum, seu imaginarium. Quare potest dari motus ad maiorem extensionem absque motu locali. Ex quo sequitur hunc, & illum motum inter se distingui.

Potest diuinitus dari motus ad maiorem extensionem absque motu ad locum.

Aduerte autem circa maiorem extensionem, quæ nunc est, cum antea non

non

Hunc ponit
D. Th. hoc in
10. le. 2. 14

Cap. 2. quest.
1. art. 3.

non esset, designari non posse partem aliquam materiae, in qua illa adaequatè, seu per se tantum recipiatur. Namque in eadem materia, in qua prior palmus inerat, recipitur nouus magis illam extendendo: & materia, quæ antea adaequatè cohibebat vnum tantum palmum, nunc inadaequatè continet eundem, & simul etiam inadaequatè nouum palmum, adaequatè verò, & indiscretè, siue indistinctè duos palmos simul.

ARTICVLVS VI.

ARGVMENTA ADVERSVS

id, quod de motu ad maiorem extensionem assertum fuit: eorumque explanatio.

Pri mū arg. **N**on desunt tamen argumenta, quæ probare videantur non dari realem motum ad maiorem extensionem. Primum, quia vt quintum secundi articuli argumentum probabat, omnis motus videtur esse acquisitio nouæ formæ; at maior extensio, quæ rarefactione comparatur, non est noua forma, cum non sit noua quantitas, vt superius diximus. Deinde, quia si illa extensio per realem motum adueniret, cum in diuina Eucharistia species rarescunt, daretur motus extra subiectum; quod non videtur posse fieri, cum motus sit actus entis in potentia, vt in potentia, id est, subiecti, quod partim habet iam actu formam, ad quam tendit, partim est in potestate ad illam. Tertiò, quia cum illa extensio, & raritas, vt est qualitas sensibilis, se se mutuò comitentur, aut prius acquireretur extensio, aut raritas. Quorum vtrūque videtur alienum à veritate. Nam quia subiectum rarefcit, idè extenditur, atque ita extensio supponit raritatem. Contra verò cum extensio sit quantitas, proindeque fundamentum, & subiectum quo accidentiū materialiu, necessariò supponetur à raritate, vt quid natura prius. Quartò, quia omnis forma, quæ est actu in subiecto, nature necessitate perficit actu illud, quantum potest: quare si quantitas rei, quæ rarefcit, iam est in ea actu tota, non poterit interueniente motu magis perficere subiectum, nec in se ipsa magis perfici. Quintò, quia id, quod formæ per motum aduenit, est illi extrinsecū, cum igitur extensio sit ipsa natura, & essentia quantitatis; non poterit quantitas per motum maiorem extensionem acquirere, proindeque non videtur dicendum dari verum motum ad maiorem extensionem.

**Solutio pri-
mi argum.** Non est tamen difficile ad hæc respondere. Ad primum enim dicendum sat esse ad rationem motus, si tendat in formā, vel nouam, vel eandem sub nouo modo, ita tamen vt is modus positius sit, ac per se terminet. Quod addimus propter decretionem, quam lib. 5. Physicorum verum, & realem motum non esse statuimus, quod nec ad nouā quantitatem, nec ad veterem sub nouo modo intrinsecè feratur. Ad secundum respondemus acquisitionem extensionis, quæ in speciebus diuinæ

Quantitatem
in diu. Euch.
esse extra sub
iectū docet
concil. con-
statiense sess.
8. Trident.
sess. 13. can.
2. & de con-
secr. d. 7. cap.
species, & c.
Nos autem

diuinæ Eucharistiæ accidit, recipi tanquam in subiecto in quantitate, in qua cætera materialia accidentia recipiuntur. Neque esse absurdū eandem quantitatem alia, & alia ratione subiectum esse, & terminum: subiectum, prout recipit, ac sustentat; terminum, prout secundum perfectiorem modum acquiritur. Si petas quo pacto in diuina Eucharistia possit dari motus ad raritatem, si rarum definitur id, quod sub magnis dimensionibus parum obtinet materiæ: ibi autem neque vini, neque panis materia est. Respondemus cum D. Thoma in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 1. quæstiunc. 3. ad 6. rarum materiam connotare, eamq; secum deferre, non tamen absoluta, sed physica tantum necessitate, quæ diuinitus suppleri potest. Itaque iuxta ordinarium naturæ cursum omni raritati subest materia; non tamen secundum diuinæ potestatis miraculum.

Dubium 3

Respons.

Leges D.Th.
3. p. q. 77. a.
2. ad 3. Capr.
in 2. d. 19. q.
1. a. 3.

Capr. in 2. d.
19. q. 1. a. 2.

Ad tertium concedendum est extensionem, & raritatem comitari se mutuò; ita tamen, ut in diuerso causæ genere se se antecedant, & sequantur: nãq; ut sentit Capreolus & Caietanus raritas in genere effectricis, seu quasi effectricis causæ, præit extensionem; quia vis actiua agentis per rarefactionem extendit materiam, quemadmodum & per calefactionem eam rarefacit: contra verò extensio in ratione causæ materialis, & subiectiuæ antecedit raritatem, quatenus eam recipit, ut subiectum, quo, seu minus principale. Quod de extensione, & raritate asserimus, de motu etiam ad maiorem extensionem, & ad raritatem æqua ratione pronuntiandum est. Scotus tamen in 4. dist. 12. quæst. 4. Bassolius ibidem quæst. 3. art. 2. & alij putant extensionem absolute priorem esse raritate, & ab illa modis omnibus supponi.

Solut. 3

Ad quartum dic omnem formam, quæ actu est in subiecto, perficere illud quantum omnino potest, si tota in eo sit non solum quoad realitatem, sed quoad modum amplioris perfectionis, quam assequi valet: hunc autem modum quantitas, quæ potest rarefieri, non obtinet antequam actu rarefcat.

Solut. 4

Ad quintum dicendum quantitatem ex sua propria, & intrinseca ratione extensionem vendicare; quod tamen maiorem, aut minorem obtineat, aut motu acquirat, id ex accidente esse; quemadmodum & qualitas, quæ intensiōem recipit, necessariò aliquā gradualē intensiōem sortitur: quod verò perfectiorem, aut minus perfectam habeat, motuue comparet, per accidens est. Concedendum igitur id, quod quantitati per motum ad maiorem extensionem accrescit, accidentarium illi esse; sicuti & qualitati id, quod per motum intensiōis aduenit.

Solut. 5

OO QVÆS.

Q V Æ S T I O XVIII.

VTRVM SINE RAREFACTIONE,
& absque accessu nouæ materiæ possit di-
uina virtute ex paruo fieri
magnum; an non.

A R T I C V L V S I.

Q V Æ S T I O N I S I N V T R A M-
que partem disputatio.



Eiecta opinione quorundam existimantium non
modò diuina virtute, sed naturæ etiam facultate ex
paruo magnum fieri posse absque rarefactione, &
accessu nouæ materiæ, quos refellit Durandus in 2.
dist. 18. quæst. 1. & Sôcinus 8. lib. Metaph. quæst.
4. affirmatiuam partem propositæ controuersiæ
amplexi sunt, D. Gregorius Nyssenus orat. 3. de
resurrectione, Hugo Victorius 1. lib. de sacram. p. 6. cap. vlt. Magister
sentent. in 2. dist. 18. cap. 5. ibidemque Durandus quæstione, quam
diximus, & Argentinas art. 4. Altisidorensis lib. 4. quæst. de veritate
humani naturæ, Lyranus cap. 2. in Genesim, Henricus Gandauensis
quodlib. 7. quæst. 9. Aegidius quodlib. 2. quæst. 11. quò etiam incli-
nat Alensis 4. p. quæst. 26. memb. 3. art. 3. adducti hisce argumentis.

D. Greg. Ny.
Hugo V.cto.
Magister.
Durandus.
Altisidorensis.

Primū argu.

Quidquid est in potestate materiæ siue naturali, siue obedientiaria,
potest à Deo fieri. Sed quælibet materia ex se est apta, vt indiscrimina-
tim fiat ex ea quantūlibet magnum, & paruum. Igitur citra rarefactio-
nem, & nouæ materiæ accessum, potest ex ea diuinitus fieri quantū-
uis magnum. Maior in confesso est. Assumptio probatur; quia mate-
ria, teste Aristotele cap. 2. huius libri text. 15. & 7. Metaph. cap. 3.
text. 8. ex se neque quantitatem, neque qualitatem habet; sed eiusmodi
est, vt vtrumque de illius potestate excitari queat.

2. Argum.

Secundo, idem confirmatur, quia vt tradunt diuinæ literæ cap. 2.
Genes. Eux corpus fuit diuinitus efformatum ex costa Adæ, utiq; ex
paruo magnum. Quod verò ad id nouæ materiæ accessus nequaquam
interuenerit; inde patet, quia aliòqui, cum adiectitia materia multo
maior esse debuisset; ex illa potius, quàm ex costa Adæ asserendū fo-
ret coagmentatum fuisse corpus Eux. Deinde quod prædicta costa ad
idoneam quantitatem exhibendam rarefacta non fuerit, perspicuum est;
cum tanta raritas humano corpori minimè congruat.

Postre.

Postremò, huic parti videtur fauere D. Augustinus sermone 2. de consolatione mortuorum cap. 3. vbi ita scripsit. Sed dubitas quomodo de paruis ossibus totus possit homo restitui. Re vera tu ex modica scintilla ignis ingentem suscitasti flammam; Deus non poterit ex modico cineris fermèto totū corpusculi tui redintegrare conspersum?

Contrariam sententiam tuetur D. Thomas in 2. dist. 18. quæst. 1. art. 1. & in prima parte quæst. 92. art. 3. ibidemque Caietanus, Gregorius Ariminensis in 2. dist. citata quæst. vnica. Capreolus dist. 19. quæst. 1. art. 1. Bassolius dist. 18. quæst. vnica, art. 4. Maironius quæst. 1. Maior, & Dionysius ibidem, Soncinas 8. met. quæst. 4. & alij hisce potissimum rationibus. Si Deus efficiat ex paruo magnum sine rarefactione, & absque accessu nouæ materiæ; verbi gratia ex materia acari totam terram; vel eiusmodi ampliatio fiet secundum transmutationē solius substantiæ ipsius materiæ, vel secundum eius dimensiones: non priori modo; tum quia materia in se spectata transmutari nequit, cum sit pura potentia solam subiecti rationem habens; tum quia multitudo, & magnitudo sunt præter essentiam materiæ. Superest ergo vt fiat secundum dimensiones, accipiente materia vberiore molem, quam antea habebat: at hoc non accidit sine rarefactione; cum vnumquodque tunc rarefiat, docente Aristotele lib. 4. Physic. cap. 9. text. 84. cum materia maiores dimensiones suscipit: ergo & impossibile est ex paruo magnum effici, quin materia in raritatem abeat, vel aliam sibi materiæ portionem denuò asciscat.

Secundò, Idem probat ea ratio, quia si prædicto modo posset ex paruo magnum fieri, verisimile esset factū id à Christo in miraculo panum; cū tamen secus statuatur D. Augustinus tract. 23. in Ioannem aiens eo pacto Christum quinque hominum millia quinque panibus satiasset, quo segetum multitudinem ex paucis granis producit; id est per cōversionem, vt D. Thomas interpretatur 1. p. quæst. 92. art. 3. idēque sequitur Euthymius aiens panum multiplicationem fuisse factam ex subiecta materia.

Accedit quod idem D. Augustinus 10. super Genesim. ad litt. cap. vlt. aduersus Tertullianum docet, videlicet nihil esse absurdius, quam putare vllum corpus posse manente naturæ suæ quantitate vndique crescere, nisi rareseat. Nec satisfaciunt, inquit D. Thomas, qui respondent loqui D. Augustinum secundum communem, & ordinarium naturæ modum. Si enim ita loqueretur, nihil eius probatio conficeret contra Tertullianum aientem animam crescere, sed nullo pacto immiui, vbi non de vsitato cæteris rebus, sed de extraordinario, ac peculiari animorum incremento agebat.

ARTICVLVS II.

PRÆFERTVR PARS NEGATIVA;
diluuntur affirmatiuæ partis argumenta.

HIS ita disputatis, etsi vtraque pars probabilis sit, vt Richardus in 2. dist. 18. & Gabriel ibidem quaest. vnica art. 3. dub. 1. rectè admonent, negatiua tamen verisimilior habetur; quæ tamen ita est intelligenda, vt non inficiemur ex paruo posse fieri magnum; etsi id neque rarefcat, neque accedat noua materia, si modò eius partes seruata eadem raritate ponantur simul diuina virtute in diuerso situ, & loco, quod licet D. Thomas impossibile arbitretur: nos tamen possibile esse cum Scoto, alijsque auctoribus ostēdimus lib. 4. Physic. cap. 5. quaest. 5. Respondemus igitur argumentis, quibus pars nostræ conclusioni opposita nitebatur. Ad Primum dicimus materiam nec naturalem, nec obedientiarum potestatem habere, vt ex ipsa prædicto modo maius aliquid fiat, cum id contradictionem inuoluat; sequeretur enim rarefieri, & non rarefieri subiectum.

Responso ad
primum arg.
pro parte af-
firmat.

Quorūdam
opinio de for-
matione Eue

Quod ad secundum argumentum attinet: Honorius præbyter lib. de philosophia mundi cap. 23. Caietanus in commentarijs capituli secundi Geneseos, Eugubinus in sua Cosmopœia existimant ea, quæ diuinæ litteræ narrant de formatione corporis Eue ex costa Adami non in sensu proprio, sed translatio accipienda esse. Itaque aiunt corpus Eue non fuisse re vera ex costa Adami coagmentatum. Hæc tamen sententia nequaquam probanda est, cum tam sacri doctores, quam reliqui interpretes eum locum in sensu proprio, & quæ verba ipsa præferunt, intelligant, vt D. Cyrillus lib. 3. contra Iulianum, D. Ambrosius lib. de paradiso cap. 11. D. Hieronymus commentarijs in Amos. D. Augustinus lib. 12. de ciuit. Dei cap. 26. & lib. 9. super Genesim ad litteram cap. 13. D. Chrysostomus homilia 15. in Genesim, & alij. Quibus accedit quod in Concil. Viēnensi, vti refertur in Clementina vnica de summa Trinit. & ab Innocentio III. in cap. Gaudemus, extra de diuortijs; explicatur locus ille de mulieris formatione in sensu proprio, & quem literalem appellant.

D. Cyrillus.
D. Ambros.
D. Hieron.
D. Augustin.
D. Chrysof.
Cōcil. Vēn.
Clementina.

Lege D. Am-
bros. 1. ad Ti-
moth. 2. &
Epiph. in E-
pist. ad Ioan-
nem Ierocol.
D. Basil. ho-
mil. 3. Exam.
Origen. ho-
mil. 1. in E-
204.

Alia opinio.

Alij, quos refert Abulensis ad cap. 13. Genes. quaest. 381. aiunt Euam fuisse à Deo productam in quantitate non maiori, quam costæ, nullamque ei materiam aliunde fuisse additam. Sed hæc etiam responsio abhorret à communi patrum, & Scholasticæ Theologiæ professorum sensu, qui docent quemadmodum Adamus in quantitate perfecta à Deo productus fuit, ita & Eua: maximè cum ea, quæ Deus per se immediatè efficit, efficiat in statu perfecto, & conuenienti; oportebat autem Euam, quæ mox Adamo in vitæ consortium data est, idonea corporis magnitudine procreari.

Solut. 2. arg.

Respondemus igitur ad argumentum, corpus Eue fuisse compactum ex illa costæ materia cum alia eidem cōiuncta; siue hæc fuerit tunc denuò creata, vt D. Thomæ visum fuit in 1. part. quaest. 92. art. 3. ad 1. siue, vt alij opinantur, è terra aliouè corpore assumpta. Nam vtrūque probabile iudicat Greg. loco cit. Neque repugnat D. Thomas. Namque licet primum verisimilius æstimet loco citato tamen in 2. sent. distinct. 18. questione 1. art. 1. posterius nequaquam improbat. Neque accessus ille nouæ materiæ obstat, quominus Eue corpus dici queat

queat è costa exædificatum; quandoquidem tota additio facta est ad costam tãquam ad semen, seu tãquam ad id, quod primò, ac præcipuè, & quasi fundamentum ædificij delectum fuit: quemadmodum & è quinque panibus dicitur facta illa multiplicatio, de qua supra; quæ tamen non nisi aucta, & aliunde ascita materia, effecta fuit.

Ad vltimum respondendum est Augustinum tantùm modò significare eo loco è modico cinere compingendum esse hominis corpus in resurrectione. Ex quo non sequitur è paruo conficiendum magnum citra rarefactionem, & accessum nouæ materiæ. Si enim hæc necessaria fuerint, vt corpus sub conuenienti quantitate reuiuiscat, diuinitus exhibenda erunt. Quo euentu dicitur nihilominus corpus humanum redintegrari ex modico cinere ad eum modum, quo ex costa dicitur corpus Euæ formatum. Nam & cum ex scintilla dicitur ingens flamma suscitari (qua similitudine illic D. Augustinus vtitur) planum est addi scintillæ materiam rei, quæ ignescit, & in flammam abit.

Explicatur
locus D. Au-
gustini.

ARTICVLVS III.

QVO PACTO DISSOLVI
possint argumenta partis negatiuæ.

QVia tamen contraria opinio aientium posse Deum ex paruo magnum efficere, sine rarefactione, & absque accessu nouæ materiæ, probabilis etiam est: aduersariorum argumenta diluamus, vt eam qui volet tueatur. Ad primum respondendum est, posse Deum materiam vnus digiti v. g. reddere ampliolem, ita vt maneat duorum digitorum euoluendo, atque explicando ex ea partes substantiales, & entitatiuas, quæ in ea inuolutæ sunt, idque auferendo totam priorem quantitatem (quanuis etiam posset duas in eodem situ ponere) & denuò conferendo vtriq̃ue digito non solum nouam quantitatem, sed tantam densitatem, quãta inerat priori, quo in euentu nec dabitur nouæ materiæ adiectio, sed euocatio partium, quæ antea latebant; nec dabitur rarefactio; quia materia non raritatem, sed nouam densitatem, & quantitatem duntaxat acquirit.

Solutio pri-
mæ rationis
pro postero-
ri sententia.

Ad argumentum igitur dicendum in hoc miraculo fieri mutationem tum penes substantiam materiæ, hoc est, penes partes substantiales entitatiuas illius, quatenus prædicto modo euoluuntur (quæ mutatio nec repugnat potentialitati materiæ, neque euertit illius essentiam; quandoquidem cum materia rarefit, etiam partes substantiales, & entitatiuæ illius euoluuntur, & ampliantur) tum penes dimensiones: siquidem materia in eo euentu, quem ponimus, & nouam, & maiorẽ quantitatem comparat: non tamen rarefieri perhibetur, quia ad hoc nõ sat est acquirere maiorem dimensionem, nisi simul nouæ raritatis accessio detur. Quæ quia semper datur quoties interuenit naturalis acquisitio.

nouæ dimensionis sub eadem materia, ideò rectè Aristoteles naturæ ordinem cursumque spectans, dixit rarefieri rem cum maiores suscipit dimensiones, intellige eadem materia permanente.

Solat. 2.

Ad 2. respondemus ex eo quod panum multiplicatio effecta fuerit ad eum modum, qui in argumento dicitur, haud rectè colligi non potuisse illam per diuinam potentiam aliter effici. Ad auctoritatem verò D. Augustini, si de diuina potentia loquatur, dicendum fuisse quidem in ea opinione, vt probabili.

Dupliciter
sumi rarefa-
ctionem.

Cæterum, qui cōtrariam sententiam tuebitur, is dicet illam nouæ quantitatis, & densitatis positionem dari non posse absque modo quodam rarefactionis materialis, qua nimirum partes materiæ mutant sitū, coextendunturque. Et verò non deerit, qui, siue ad mentem superiorum auctorum, siue non, controuersiam velit componere, asserendo rarefactionē dupliciter posse sumi; vel propriè & formaliter, id est, pro acquisitione qualitatis, quæ raritas vocatur; vel impropriè & quasi materialiter, id est, pro sola coextensione partium substantialium ipsi materiæ. Tunc si de rarefactione secundum priorem usurpationem loquamur; posse quidē absque rarefactione, & absque adiectione nouæ materiæ ex paruo effici magnum: non tamen si de ea sermo sit iuxta posteriorem acceptionem. Quia tamen non facile apparet quo pacto possint materiæ partes coextendi, & euolui, ac manere simul æquè densæ: cum illa euolutio multitudinem materiæ dissipet; ideò prior sententia, de quacumque rarefactione intelligatur, videtur nobis absolutè maiorem habere probabilitatem.

Capitis Sexti Explanatio.



Um autē a) differuit haftenus Aristoteles de ortu, & interitū in commune sumptis, itemque de alteratione, accretione, & diminutione, quæ ijs coniuncta, & annexa sunt. Proximum erat, vt descenderet nunc ad particularitatem explicanda ea, quæ generationem, & interitū subeant, inter quæ primo loco se offerunt quatuor mundielementa, quæ omnibus rebus gignendis quasi materia subiiciuntur: de quibus

etiam tres quæstiones per tractandas proponit. Verum quia nequaquam hæc disputatio rectè procederet: nisi quædam alia præmitterentur: ea prius tractare instituit, nempe quid cōtractus, quid actio, & passio, quid mixtio sit. Quæ omnia à suæ ætatis Philosophis indefinitè, id est, confusè, ac parum explicatè tradita esse inquit.

Instituti ratio.

b Omnes enim tam qui) Sui instituti rationem ex eo comprobant, quia omnes Philosophi, tam ij, qui dicunt elementa ex alijs esse genita, vt Anaxagoras & Democritus; quam qui alia ex eis constituisse inquit, vt Empedocles, congregationis, segregationisque, & actionis, ac passionis mentionem faciunt; & quia congregatio mixtio quædam est, de mixtione quoque disputandum erit. Tum præterea quia nec alteratio, nec congregatio, segregatione absque actione dari

C A P. VI.

CVM a autem de materia, & hisce, quæ nuncupantur elementa, primò dicere oporteat an sint, nec ne, & vtrum vnumquodq; eorum sempiternum sit, an ortū subeat aliquo pacto, & si generentur, vtrum ex se se mutuo generentur eodem modo omnia; an inter ipsa vnum aliquod primum sit; prius utiq; de hisce differamus necesse est, de quibus nunc dicitur indefinitè. b Omnes enim tam qui elementa ipsa, quam qui ea, quæ constant ex elementis, gene-

Text. 43.

dari possunt, nequaquam præteriri poterit actionis, & passionis consideratio. Accedit quod qui plura constituunt rerum naturalium principia, generationem per mutuam elementorum actionem effici autamant. Qui tamen in eo falluntur, quod, præter plura principia contraria, non ponunt unum commune subiectum, quod contrarium pugna sustineat; cum absque illo unum contrarium nequeat agere in aliud: siquidem calor non fit frigus, neque frigus calor,

generant, segregatione, & congregatione, atque actione, & passione utuntur. Est autem congregatio, mistio. Sed quoniam pacto quippiam misceri dicatur, planè ac dilucidè haud quaquam est definitum. At verò nec alterari quicquam, nec segregari, congregariuè, nullo patiente, aut agente, potest. Etenim qui plura faciunt elementa, actione, & passione mutua generationem fieri censent: quanquam ex vno facta omnia dicant necesse est. Atque hoc rectè quidem dicit Diogenes, nisi ex vno essent omnia, non posse vicissim agere, & pati, ceu calidum friges fieri, & idem rursus cale fieri: non enim calor, & frigus, in se se mutuo transeunt: sed ipsum, ut patet, subiectam mutationem suscipit. Quare horum, quibus actio competit, unam esse subiectam materiam necesse est. c. Dicere igitur uniuersa esse huiusmodi, non est verum: sed ea, quibus mutuo à se se pati, & agere insitum est. At verò si de actione, passioneuè, & de mistione contemplandum sit, & de tactu speculemur est necesse. Nam neque agere, & pati ea possunt propriè, quæ se mutuo tangere nequeant: neque fieri potest, ut misceatur, quæ non quodammodo se se tangunt prius. Quare de hisce tribus, videlicet quid tactus, quid mistio, & denique quid actio, determinandum videtur. Hinc autem sumatur initium. Nam ex entibus ea, quibus mistio competit esse apta, ut se se mutuo tangant, est necesse: atque si quid agat, & aliud patiat propriè, simili modo, atque illa, afficietur. Quocirca de tactu prius dicendum est. d. Fere igitur ut & cætera quæque alia nomina pluribus dicuntur modis, & hæc quidem æquiuocè, hæc altera ab alteris prioribusque sic & de tactu quoque res se se habet. Sed tamen quod propriè dicitur, ad ea accommodari solet, quæ situm habent. Situs autem hisce, quibus & locus competit: etenim perinde, ut mathematici, de actu, & loco reddamus oportet, siue eorum quodque separatim sit, siue alio modo habeat. Si ergo tangere sit, quemadmodum antea est definitum, extrema simul esse; ea profecto se mutuo tangunt, quæ cum discretas magnitudines situmque habeant, extrema simul habent. Porro cum situs omnibus, quibus & locus competit, atque supra, & infra, & id genus opposita, prima loci differentia sint; omnia sanè, quæ se se mutuo tangunt, pondus, leuitatemuè, aut utraq, aut alterum habebunt: quæ

autem

ab ea separentur; quandoquidem locus debetur rei propter quantitatem, quocumque modo illa se se habeat. Hinc concludit ea se tangere primo tactu, quæ cum diuersas habeant magnitudines, & situ differant; eorum tamen extrema simul existunt, ut ex ijs, quæ libro 5. Physic. tradita sunt, manifestum est.

e. Porro cum situs. Tradit secundum tactum, qui ut intelligatur aduertendum est locum

redditur frigidum, dum pulso calore frigiditatem recipit. Quæ de re copiose in 1. libro Physicorum. c. Dicere igitur. Reprehendit eos, qui eum rectè sentirent ponendo unum commune subiectum, credebant tamen omnia corpora eandem speciem materiam obtinere: cum tamen id de ijs tantum verè dicatur, quibus mutua actio, & re passio conuenit, cuius modi sunt corpora sublimaria comparata inter se, non autem si cum celestibus conferantur. Hac de re differuimus in libris de celo. Ostendit subinde Aristoteles quam ob causam de tactu sibi agendum hoc loco sit, videlicet quia neque physica actio, & passio, neque mistio sine tactu dari possunt: hoc enim nomen d. Fere igitur. Quia ut pleraque alia nomina aut æquiuocè, aut analogicè dicuntur, ita & tactus; varia huiusce vocabuli significata explicat, aiens primò illis tactum propriè conuenire, quæ situm, positionemque habent, & in loco sunt. Et quia dubitare quis posset an Mathematicis tactus competat, cum non videantur in loco esse; respondet re vera esse in loco, siue sint extra substantiam, ut Pythagorici volebant, siue non; sed ratione duntaxat

Necessariò dandum commune subiectum, quod contraria sustineat.

Sublimaria habent inter se materiam eandem speciem.

Lib. 1. cap. 2. quæst. 6.

Actio physica requirit contactum.

mi in 8. T. quæst. 6.

Mathematica esse in loco.

Text, 44.

cum physicè acceptum, ut libro quarto Physicorum cap. 4. quæst. 1. exposuimus, cum præter superficiè importet qualitatem conseruatricem locati, non conuenire nisi compositis naturalibus in certa sublunaris mundi regione constitutis. Iuxta hanc considerationem loquitur nunc Aristoteles de loco, aitque ijs, quibus competit locus, siue inferus, siue superus, siue medius, conuenire etiam grauitatem, aut leuitatem, seu aliquid medium inter hæc, aut quasi medium, eisdemque vim agendi, & patiendi inesse, atque adeo & ta-

Tactus Physicus.

ctum secundo modo acceptum; qui in ijs certitur, quorum extrema sunt simul, & insuper in se mutuò actiua, & passiua sunt.

Duo genera mouentium.

f. Ceterum cum id Tradit duo mouentium genera: quædam enim mouent & non mouentur, ut intelligentiæ, quæ cælestes globos circuehant, neque tamen ipsæ motu agitantur. Alia mouent simul, & mouentur, ut primum mobile, quod subiectas Sphæras secum rapit, simulque ab intelligentia motum recipit. Hoc ipsum ait Aristoteles pronuntiandum esse de agentium generibus. Nā quædam ita agunt, ut repatiantur, quædam non: esse tamen inter mouens, & agens hoc discrimen, quod omne agens dicatur mouere; non tamen omne mouens agere. Vsurpat enim Aristoteles hoc loco agere presso, significato, prout idem est, atque alterare: quo pacto manifestum est latius fundi mouens, quam agens.

Tactus improprius.

g. Interdum autem Tertius tactus, qui admodum improprius est, conuenit ijs, quæ ita mouent, ut non moueantur, ut accidit rebus, quæ diversi generis, & conditionis sunt, ut corporibus cælestibus respectu inferiorum; illa enim in hæc influunt, cum hæc illis nihil vicissim rependant. Sæpe etiam, quæ translaticio siue improprio motu mouent, non mouentur, ut cum quis alium dolore afficit

autem talia sunt, actiua sunt, & passiuia. Vnde constat ea suapte natura mutuò se se tangere, quorum cum vicissim mobilia sint, atque motiua, discretis, separatisque magnitudinibus extrema sunt simul. f. Ceterum cum id, quod mouet, nequaquam similiter id moueat, quod motu subit, sed necesse sit, ut idē aliud moueat motu & ipsum, aliud immobile persistens: haud aliter de ipso quoque agente dicendū esse in aperto est. Nam id, quod mouet, agere quippiā, & contra quod agit, mouere dicunt. Verum differentiam subeunt, & proinde ea distinguamus oportet. Non enim fieri potest, ut quoduis mouens agat, si patienti agens opponamus, patientem autem sit, cui motus secundum affectum competit: affectus verò, secundum quem solum alteratio fit, ut albedo, & calor: sed mouere latius, quam agere patet. Illud igitur palam est, ea, inquam, quæ mouent, partim mobilia tangere, partim minime. Verum ea tangere vniuersaliter definiuntur, quæ situm habent, & quorum alterum motiuū est, alterum mobile, idque vicissim quibus agere, ac pati conuenit. Magna igitur ex parte id, quod tangitur, id tangit, à quo tangi solet. Etenim omnia ferè, quæ apud nos sunt, cum mouentur, mouentur per quæ esse necesse videtur, ut id, quod tangitur, tangat, à quo tangi solet. g. Interdum autem dicimus mouens solum tangere id, quod motu cietur: & contra quod tangitur, id non tangere à quo tangitur: verum quia quæ eiusdem sunt generis, cum motum subeunt, mouent: ut quod tangitur tangat necessarium esse videtur. Quare siquid motus expers moueat, id profecto tanget mobile, nihil autem illud. Interdum enim dicimus eum, qui nos molestia afficit, tangere nos, non nos illum. De tactu igitur rerum naturalium hoc pacto determinatum sit.

Text. 45.

QVÆS

Q V Æ S T I O I.

V T R V M A D M V T V A M

actionem, & passionem corporum re-
quitatur agentis, & patientis
contactus.

A R T I C V L V S I.

N E G A T I V Æ P A R T I S

Argumenta.



NON adducimus in quæstionem an agens natu-
rale, de quo solo in præsentia disputamus, possit
in rem distantem agere. Id enim lib. 7. Physico-
rum latè à nobis pertractatum fuit: sed vtrum
posita rei præsentia, & propinquitate, vt agens
in passum actionem traiciat, oporteat vtrumq;
se tangere non solum tactu virtutis, quo etiam
substantia expers materiæ dicitur tangere rem,

in quam agit: sed tactu quantitatis, qui in ea solummodò competit,
quæ molem corpoream habent. Quod ergo istiusmodi contactus mi-
nimè requiratur, aliquot argumentis videtur ostendi. Primum est,
Quantitas, vt alibi docuimus, est quasi altera materia, omnis efficiētiae,
& actiuitatis expers: ergo nec quantitas, nec eius cōtactus vlla neces-
sitate naturæ ad agendū adhibenda erunt. Secundū est. Vt D. Thomas
1. p. quæst. 115. art. 1. ex D. Augustino argumentatur; In rebus est
aliquid, quod agit, & non agitur, id est Deus: aliquid quod agit, &
agitur, nimirum intelligentiæ: aliquid quod agitur, & non agit, videli-
cet, corpora: igitur corpora omni agendi vi carent: ex quo sequitur
contactum nihil eis ad agendum conferre. Tertiū est, Si ponatur diui-
nitas candor extra substantiam, & quantitatem poterit imaginem sui
ad oculū mittere: ergo ad agendū non requiritur contactus dimensio-
nū. Probatur assumptū, quia quemadmodū vt visio fiat, sufficit recipi
imaginem rei indiuisibiliter in puncto pupillæ, ita ad eandē imaginē
transmittendam sat erit poni candorē indiuisibiliter extra subiectum.
Quartū. Partes eiusdē corporis continuæ agūt mutuò, vt patet in cor-
de, quod artus sub vna, eadēq; substantiali forma cohærentes, atque
adeo cū ipso, & inuicē cōtinuatos calefacit, & tamen cōtactus nō est nisi
inter ea, quæ discreta sunt; siquidem ea se tangūt, quorū extrema sunt
simul; non autē quorū extrema sunt vnum: ergo. Quintum. Si duo
corpora diuina virtute in eodem loco & situ ponātur, & alioqui agen-

Primū. argi

2d

3d

4d

Inter quæ re-
periat con-
tactus.

5d

pp

di

De hoc dupli-
ci tactu D.
Thom. lib. 7.
contaget. c.
36

Arist. lib. 3.
Phys. c. 3. tex
22. & in hoc
c. 6. text. 45.

di, ac patiendi vi polleant, agēt in se mutuò. Quis enim dicat ignem non combustum Socratem, quem vndique permeat? præsertim cum sit communis Theologorum sententia damnatorum corpora debere esse penetratiuè cum igne, à quo torquenda sunt: at ea, quæ se penetrant, non tangunt se se, cum non per extrema, sed per se tota adæquatè existant simul; ergo vt vnum corpus agat in aliud, non requiritur mutuus contactus.

ARTICVLVS II.

SOLVTIO QVÆSTIONIS,
& argumentorū superioris articuli
explicatio.

PRætermisso errore quorundam Arabum, qui omnē agendi vim corporibus ademerunt, & Democriticorum, qui actionē physicam per effluxum corporum insectilium effici arbitrati sunt, quos secundo physicæ Auscultationis libro cōfutuimus. Præsens dubium aliquot assertionibus diluemus. Prima sit. Ad mutuam actionem, & passionem corporum non requiritur agentis, & patientis contactus tanquam ratio agendi. Hæc liquet ex eo, quia cum quantitas, vt in primo superioris articuli argumēto sumebatur, nullius sit actiuitatis, nequaquam potest esse rebus physicis ratio agendi, seu id, à quo manet actio. Deinde quia contactus formaliter aut est negatio distantia, aut relatio præsentia, quorum neutrum actionis principium est.

Secunda assertio. Prædictus contactus requiritur ad mutuā actionem & passionem corporum tanquam conditio necessaria. Hæc assertio intelligenda est de agente, quod per se primò, siue absque interuentu alterius mediij corporis, agit. Quo pacto elementum ignis vicinum aerem calefacit; non ita verò sol terram illustrat: quandoquidem inter elementum ignis, & aerem, nullum est corpus: sol autem per subiectas Sphæras, & media elementa, lumen ad terram fundit. Est verò necessarius eiusmodi contactus ob duplicem rationem: quarum altera est, quia vt libro septimo Physicorum loco citato ostendimus; nihil siue corporeum sit, siue expers corporis, potest agere per se primò in remotum: at corpora, quæ se non tangunt, remota sunt, cum necessariò inter illa cadat aliud corpus. Altera ratio est, quia vt vnū corpus agat in aliud non sufficit ea non distare ab se; sed debent se inuicem accommodare per mutuam correspondentiam, hoc est, oportet ita esse affecta, vt pars vnus respondeat, & adæquetur parti alterius: quod fit interuentu contactus. Vnde

Christi corpus in sacrosancta Eucharistia, quanuis speciebus intimè vnitū sit; nō tamen in eas agit, aut ab ijs patitur; quia nō est in hoc Sacramento prædicto more quātitatiuo, cū sit totū in qualibet parte specierū.

Nimi-

Prima assertio.

Secunda assertio.

Cur corpus Christi in Eucharistia non agat in species, nec ab ijs patiatur.

De his D. Th. 1. p. q. 115. art. 1. & lib. 3. cō. trāg. c. 69.

Post Arist. hoc in lib. 4. 8.

Cap. 2. q. 1. art. 2.

D. Th. 4. scilicet.
d. 10. q. 1. 2.
4. & 3. p. q.
76. art. 7.

Nimirum quemadmodum corpus natura sua est extensum, & qualitates, à quibus actionem elicit, suo apte ingenio extensæ sunt, licet non propria, sed quantitatis extensione; ita ut corpus operetur, quantitate præditum sit, ac secundum eam patienti & patienti ipsi coniungatur necesse est: quia ut unumquodque ad suum esse, ita & ad suam actionem passionemque se se habet.

Tertia assertio. Contactus, quem ad agendum corpora requirunt, non est tantummodo contactus propriè ac pressè sumptus, quo ea dicuntur se tangere, quorum extrema sunt simul. Hanc assertionem probant duo ultima argumenta proximi articuli. Itaque ad physicam actionem fat est corpora ita copulari, ut à se mutuo non distent, ita tamen ut, sicuti antea monuimus, more quantitativo uniantur; quo pacto unitæ sunt duæ partes eiusdem continui, itemque duo corpora si se penetrent: in his enim tanta portio unius respondet tantæ portioni alterius, quod non convenit corpori Christi in divina Eucharistia in ordine ad species, quia non est ibi more quantitativo, sed more substantiæ ut explicat D. Thomas 3. p. quaest. 77. art. 3.

Argumenta verò superius adducta nullam habent difficultatem. Primum enim confirmat primam assertionem, nempe contactum nequaquam esse rationem agendi, haud tamen probat non esse conditionem ad agendum necessariam. Ad secundum respondet D. Thomas illud Augustini intelligendum esse de tota natura corporea simul accepta, quæ ideo dicitur agere, & non agi, quoniam non habet aliquam inferiorem naturam, in quam agere possit, sicuti natura increata habet totam creatam, & Angelica corpoream; sed enim unum corpus est infra aliud, quatenus est in potentia ad id, quod habet aliud in actu: ut aqua infra ignem, quatenus ab eo calefieri potest.

Ad tertium negandum est candorem extra substantiam emissurum à se imaginem, requiritur enim extensio ad actiones physicas, etiam intentionales; cum in utrisque, quoad hoc, æqua ratio sit. Nec verum est rei visæ speciem recipi indivisibiliter in pupilla; re enim vera dividuè & extensè recipitur, ut in libris de Anima ex professo ostendimus. Quartum & quintum argumentum probant non requiri ad actionem physicam contactum pressè ac propriè sumptum, quod in tertia conclusione asseruimus.

Capitis Septimi Explanatio.

pp 2

Deinceps

Tertia Assertio.

explicatur locus D. Aug.

Veterum sententiæ de actione, & passione.

Ignis minor à maiori ut absumatur.

Sententiæ Democriti.

Actio est in cõter raria.



Dinceps a) Disputationem de actione, & passione aggreditur. Ac primum quæ ab alijs hac de re minus probè dicta sunt, more suo refellit. Quidam veterum Philosophorum cum explicare vellent quopactò affecta esse oporteat quæ vicissim agunt, & patiuntur, statuebant simile non à simili, sed dissimili pati. Alij contra nullo modo fieri posse aiebant, ut quidpiam à dissimili pateretur. Priorum ratio fuit, quia in ijs, quæ similia sunt, nulla ratio est, cur hoc potius in illo, quàm illud in hoc actionem intendat. Cùm vero his Philosophis alij opponerent minorem ignem à maiori consumi existente inter duos ignes tanta naturæ cognatione & affectionum similitudine. Occutiebant propterea id accidere, quia magnum paruo contrarium est, sicque in ignis extinctione non simile à simili, sed à contratio pati. Ceterum germana huiusce rei causa explicata à nobis fuit ad calcem librorum de cælo in nostris problematis sect. 4. problemate primo, ubi ex Aristotelis doctrina in libro de longitudine vitæ cap. 1. diximus ideo minorem ignem interimi à maiori, quia maior pabulum illi abripit, & vorat, quo destitutus extabescit. Plerumque tamen non extingui re vera minorem; sed maiori copulari; ita ut verã corruptione subire videri possit, cū re ipsa non corrumpatur.

b Democritus verò) Sententiam priori contrariam solus Democritus innexit docens simile non nisi à simili pati; quia neque dulcedo v. c. agit in candorem, neque candor in gravitatem, idque non nisi quia hæc nullam inter se cognationem, aut similitudinem habet. Quod si acciderit, ut à dissimilibus dissimilia pati videntur; id nequaquam, inquit, propterea fiet, quod dissimilia sint; sed potius quia inter se conveniunt; ut si calidum à frigido patiatur, quia ambo sub eodem communi genere continentur.

c Qui autem hoc pacto.) Superiores Philosophos ait subcontraria dicere, quia quodammodo vera, quodammodo falsa pronuntiant, & quæ se utcumque possint compati, sicuti propositiones subcontrariæ. Ait autem propterea deceptos, quia non diligenter scrutati sunt vim eorum, quæ agunt, & patiuntur; ac eam totum ipsum considerare debuissent, utriusque de alia, atque alia duntaxat parte totius locuti sunt. Priores quippe, formas tantum agentium ex pendent, decrevere agentia dissimilia esse oportere; quia dissimiles actiones à dissimilibus formis oriuntur. Alij solam agentis, & patientis materiam spectantes affirmarunt ea similia esse oportere; quia cū actio sit inter contraria, hæc autem circa idem subiectum versentur, utriusque

C A P. VII.

Dinceps a. de actione, & passione dicendum est, cū de hisce sententias inter se se subcontrarias à maioribus nostris acceperimus. Plurimi enim vno ore hoc astruunt, à simili, inquam, simile nullum pati; quia neutrum altero potius actiuum sit, aut passiuum, quippè cū eadem omnia similibus similiter insunt. At quæ dissimilia, differentiaque sunt, ut mutuò agant, patienturque aptissima esse asserunt. Nam cū minor ignis à maiori corrumpitur, ob contrarietatem illum id ipsum pati inquit: dicunt enim multū pauco esse contrarium. b. Democritus verò solus præ cæteris peculiariter dixit. Nam agens & patiens idem ac simile esse asserit; non enim fieri posse arbitratur, ut differentia, atque diuersa à se se vicissim patientur. Sed & si quæ diuersa sunt, quippiam in se mutuò agant, hoc illis evenire, non quo diuersa sunt, sed quo idem quippiam habent. Quæ igitur dicuntur, talia sunt. c. Qui autem hoc pacto dicunt subcontraria dicere videntur. Contradictionis verò causa est hæc. Nam cum totum quippiam contemplari oporteat, de parte quadam loquuntur utriusque. d. Nam quod simile est & omni ex parte nullam prorsus habet differentiam, nihil à simili pati, rationi consentaneum est. Cur enim potius alterum altero erit passiuum? item si fieri queat, ut quippiam patiatur à simili, illud quoque à se se pati poterit. Atqui his ad hunc modum se se habentibus, nihil aut incorruptibile, aut mutationis expertum fuerit; siquidē simile, quatenus simile existit, actiuum sit. Nam corpus omne se se interno, proprioque motu mouebit. Et quod prorsus diuersum, & nulla tenus idem est, similiter. Nam neque albedo à linea, neque linea ab albedine quicquam patietur, nisi fortè per accidens; seu si lineam esse albam, aut nigram acciderit. Non enim ea, quæ

Text. 46.

Text. 47.

Text. 48.

Text. 49.

Te

Tex

necesse est ea, quæ mutuo agunt, & patiuntur, communè habere materiam, atque ita ratione illius similia esse inter se.

d. Nam quod simile est.) Quod omni ex parte similia non possint ita se habere, ut vnum agat, alterum patiatur, ea ratio demonstrat, quia nulla maior est ratio, cur vnum potius, quam alterum patiatur. Præterea si similitudo est causa actionis, quæ similia fuerint, in se promptius agent; ac cum nihil similius sit, quam idem sibi ipsi, idem in se ipsum maximè ager, seque ipsi dissoluet, & corrumpet. Quare nihil omnino erit nec in cælesti, neque in sublunari mundo, quod non sit corruptioni obnoxium. Sed quod neque inter omnino dissimilia procedat actio,

Omni ex parte similia non posse agere in se mutuo.

exemplis ostenditur, quia neque candor agit in lineam, neque linea in candorem; nisi per accidens, si linea affecta sit qualitate alteri qualitati contraria, ratione cuius agere in eam possit. Item quod prorsus diuersa non sint mutuo actiua, & passiuua inde patet, quia talia neque contraria sunt, cum contraria contineantur sub eodem genere, nec ex contrariis constant; atque ita non se inuicem pellunt, nec sibi repugnant.

e. At cum non quoduis.) Tanquam iudex honorarius controuersiam dissoluit, sententiam suam inter utramque partem constituens. At ergo quæ vicissim agunt, & patiuntur, neque omnino similia, neque prorsus dissimilia esse oportere; sed similia secundum genus subiectum, siue materiam; dissimilia verò, & contraria secundum speciem formam. Deinde collecto hoc theoremate a Philosophis passim vsutpato, Omne agens nititur assimilare sibi passum, docet superiorum Philosophorum sententias ad verum sensum reduci posse, ita ut inter eos non tam reum, quam verborum dissidium

Conclusio Aristotelis.

Omne agens nititur assimilare sibi passum.

Text. 50. neque contraria sunt, neque ex contrariis constat, se se extrudunt propelluntque à natura. e. At cum non quoduis agere, ac pati natura sit; sed quæ aut contraria sunt, aut habent contrarietatem tam agens, quam patiens genere quidem simile, ac idem specie dissimile, atque contrarium esse, est necesse. Nam corpus à corpore, & sapor à sapore, & color à colore, & in summa, quod eiusdem est generis, ab eo, quod eiusdem isidem generis est, pati aptum est. Cuius causa est, quod contraria in eodem genere sunt omnia. Contraria verò inter se se vicissim agunt, patiunturque. Quare & agens, & patiens partim eadem sint, partim diuersa, atque inter se se dissimilia, necesse est. Cum autem agens, & patiens genere quidem eadem, similiaque sint, specie autem dissimilia: contraria verò sint eiusmodi tum contraria, tum quæ inter ea media sunt, inter se mutuo actiua & passiuua esse constat. Etenim omnino generatio, atque corruptio in hisce consistunt. Quamobrem & ignem calefacere, & frigidum frigefacere, & omnino actiuum, id quod patitur sibi simile reddere, iam rationi consentaneum existit: nam agens, & patiens contraria sunt, & generatio in contrarium tendit. Quare necesse est, ut patiens in id mutetur, quod agendi vim obtinet: hoc enim pacto in contrarium erit generatio. Itaque tametsi verbo, tenus, eadem non dicunt, utrosque tamen naturam ipsam attingere accidit. Dicemus enim interdum subiectum ipsum pati, ut hominem sanari & calefieri, ac frigefieri, & cætera ad hunc modum; interdum vero frigidum calefieri, & egrum sanari, atque utraque vera sunt. Eodem modo & de agente dici solet: nam interdum hominem, interdum calidum, calefacere dicimus, partim enim materies ipsa patitur, partim contrarium. Igitur qui ad illam respexerunt, agens & patiens quippiam idem habere oportere putarunt: qui ad alterum, contra.

Text. 51. f. Cæterum haud aliam esse rationem de ipso agere, ac pati, quam de ipso mouere, ac moueri existimandum est. Etenim ipsum

Text. 52. extitisse videatur: nimirum ut priores ad solam formam attenderint; posteriores ad solam materiam; quarum illa in ijs, quæ agunt & patiuntur, dissimilis: hæc utrique communis, eademque esse debeat.

f. Cæterum haud aliam.) Posteaquam actiuorum, & passiuorum naturam exposuit, disquirunt nunc an omne agens agendo repatiatur. Ac primò docet tam agens, & patiens, quam mouens, & id, quod mouetur, bifariam dici: in utroque enim est primò, & vltimò. Primum mouens si fit absolutè primum, est, in quo residet primò principium motus, quod verissimè mouere dicitur. Principium enim mouendi est prima omnium causarum, non aliunde, sed à se virtutem motricem obtinens. Vltimum autem mouens est id, quod mouet non nisi impullum ab alio & mouens vltimum.

Alterans vltimum.

In genere mouentium, & alterantium deueniendū esse ad vnum primum.

Ad mutuam actionem requiri conuenientiam in materia.

Ad quod causę genus pertineant agens & patiens.

ultra quod non est aliud mouens, sed duntaxat id, quod mouetur ad recipiendam formam. Similiter quoque agens, id est, alterans duplex est, quoddam primum, ut medicus, qui prima sanitatis causa existit: aliud vltimum, ut medicamentum, aut vini potio, quę proximę afficit, alteratque ad sanitatem. Inter hæc duo mouentia inter se, & inter hæc duo alterantia similiter discrimen est, quod primū mouens, si sit absolutē primum, est omnino expers motus, ut patet: vltimum autem mouens ut baculus, qui proximē lapidem ciet, necessariō aliunde motionem accipit. Quod pari modo de agentibus, hoc est alterantibus, asserendum est. Nam primum alterans, si sit simpliciter primum in genere alterantium, id est cælum, non alteratur ab

alio: vltimum verō alterans, ut cibus, alteratur a stomacho. Ex dictis constat quemadmodum in serie mouentium deueniendum est ad vnū primū mouens; ita & in ordine alterantium deueniendū esse ad vnum primum alterans: discrimen tamen inueniri maximum. Nā primum mouens, quod est Deus, cum sit infinitę perfectionis, & causa simpliciter prima, nihil omnino aliunde accipere potest: at primum alterans, quod est cælum, & si non habeat corpus aliud a quo alteretur, habet tamen intelligentiam, a qua in orbem voluitur, & vltimū sui motus causam vltimō in Deum resoluit.

g Quęcumque igitur Generali assertionē concludit quid de actione, & re passionē pronuntianđū sit, docens quęcumque actiua formam habent in materia pati posse dum agunt, quę verō non habent, pati non posse. Deinde explicat quid in re proposita sit habere materiam, quid pati posse.

Habere materiam inquit esse, constare ex materia eiusdem rationis, quęque contrariorum sit particeps. Si enim materię differant specie, ut cęlestis, & sublunaris, non procedet actio mutua. Item etsi materia sit eadem secundū speciē, nisi vtrinque dentur contraria, quę se impetant, alteratio non erit. Docet quoque id ceteri a Philosophis pati posse, quod presentē, & commodē congruenterque applicato acti-uo, potest ad actum deduci. Tum quę superius de mouente & agente tradiderat, inculcat.

h Nam causa vnde ostendit ad quod genus causę pertineant agens, & patiens, docetque agens pertinere ad genus causę efficientis. Nam efficiens est id, a quo est principium motus; ita verō se habet agens. Nam quod non spectet ad causam finalem, ex eo demonstrat; quia finis non propria, sed translaticia motione mouet; agens autem non ita, sed per veram, propriamque actionem operatur. Deinde rursū quod neque finis sit, neque forma, ostendit; quia agens

ipsum quoque mouens bifariam dicitur. Nam & id, in quo motus principium inest, mouere videtur: quippe cum principium prima causarum sit: & rursū quod vltimum est, ad id quod mouetur, ad generationem. Simili modo de ipso agente est dicendum. Nam & medicum, & vinum sanare dicimus. Nihil igitur vetat in motu, quo minus primum mouens immobile sit: imō in nonnullis etiam necessarium existit; at vltimum semper subeundo motum moueat, necesse est. In actione autem ipsum quidem primum nihil patitur, vltimum verō patitur. Quę enim eandem materiā non habent, ea citra passionem agunt, ceu medendi ars: hæc enim sanitatem efficit, & nihil ab eo patitur, quod sanari solet. At cibus dum agit, ipse quoque quippiam patitur: aut enim calefit, aut frigesit, aut aliud quippiam patitur, & simul agit. Est autem medendi ars, veluti principium, cibus verō vltimum, ac tangens. g Quęcumque igitur actiua in materia formam non habent, ea pati nequeant: quęcumque habent, queunt. Nos enim similiter propē dixerim omnes, oppositorum vtriusuis eandem esse materiam, sicuti genus vnum dicimus. Atque quod calidum esse potest, id propius admoto presentēque calefactiō, incalescat necesse est. Idcirco, sicuti diximus, ex ijs, quę agendi vim habent, quędam pati non solent, quędam pati solent. Atque quomodo in motione res se se habet, sic & in actione. Nam ut illic quod primō mouet, motus expers est: ita & hic quod primō agit, pati nequit. h Nā causa, ut vnde principium motus existit, actiua est. Cuius autem gratia cetera fiunt, actiua non est. Quę propter sanitas ipsa non est actiua, nisi per translationē. Etenim cum ea aliquo quidem agente adest, patiens sit quippiam. Sed cum habitus ipsi adsunt, nihil prætereā fit, sed iam est: formę autem, atque fines, habitus quidā sunt. At materies ut materies, passiva est. Igitur ignis in materia calorem habet. Quod si calor separabile quippiam

Text. 54.

Text. 55.

agens cum maximè est in actu actionem edit, forma autem, & finis cum iam adfunt, nihil præterea fit. Iam quod agens non sit materialis causa, ad eò planum censuit Aristoteles, ut id probare nihil opus esset; constat enim causalitatem agentis sitam esse in actione, materiam verò

piam esset; is nimirum pateretur nihil. Sed fortasse fieri nequit, ut is separabilis sit. Quia si sint nonnulla eiusmodi, in eis profectò verum fuerit, quod dicimus. Quid igitur sit agere, ac pati, & quibus competat, & qua de causa, & quemadmodum hoc de pacto sit definitum.

positus, nullam omnino subiret passionem. Sed fortasse, inquit, repugnat existere qualitatem extra subiectam; eisi id auctores idearum concesserint. Substantiæ verò, quæ à materiæ confectione abiunctæ sunt, cum patiendi careant principio, haud quaquam repatiuntur. Notanda sunt hoc loco, quæ Aristoteles docuit de motione metaphorica causæ finalis. Qua de re in Physicis copiosè disseruimus.

omnis actionis expertè esse, ideoque docet patiens, qua patiens, ad materialem causam reduci. Siquidem propterea vnumquodque patitur, quia est in materia. Vnde si datur calor extra materiã

Ideo vnumquodque patitur, quia materia constat.

Lib. 2. cap. 7. q. 20. & 21.

Capitis octavi Explanatio.



Vonam pacto a) Summam huius capituli, quod magis prolixum, quam utile est, sic habeto. Refellit Aristoteles veterum quorundam placita circa modum agendi, & patiendi. Arbitrati sunt nonnulli quodlibet agens dum actionem mouetur, insinuare se se in rem patientem per meatus siue poros repletos tenuioribus corpulculis, quæ agenti subintranti locum darent. Alij idem ferme aiebant, hoc à superioribus disidentes, quod existimarent eiusmodi meatus inanes esse. Hos potissimum coarguit hoc loco Aristoteles. Priores, quia si eiusmodi pori referti sunt, eadem relinquitur difficultas, ac si non essent. Posteriores, quia ubi primum meatus illos agens subierit, iam deinceps agere non valebit, quando-

Veterum dogmata de ratione agendi, & patiendi.

C A P. V I I I.

Text. 56.

Quo a pacto id euenire queat, dicamus rursum. b Quibusdam igitur pati quodque videtur agente per quosdam meatus sese intrudente, atque nos hoc pacto & videre, & audire, cæterisque alijs sensibus sentire aiunt. Tum etiam per aerem & aquã, & ea, quæ perspecta atque translucida sunt, res ipsas videri; propterea quod meatus habeant inuisibiles quidem ob paruitatem; sed tamen frequentes, & serie quadam ac ordine dispositos: & magis, quæ magis perspicua, dilucidaque sunt. Quidam igitur quemadmodum & Empedocles hoc pacto in nonnullis definirunt, non solum in agentibus, patientibusque, sed & ea misceri aiunt, quorum pori ac meatus commensurabiles inter sese sunt. Vna c autem ratione ac via maximè de omnibus definire Leucippus, & Democritus.

quidem, ut autumant, se nette illæ, & inania conceptacula ad agendam requiruntur. Concludit tandem confugiendum ad contactum, quem ante explicuit: cumque possint corpora absque meatibus se se mutuo contingere; inane potius, ac fictitium esse, in ijs rationem, modumque agendi collocare.

b Quibusdam igitur Philosophorum opinionem de modo agendi, patiendique per meatus primum in genere proponit: deinde particulatim edisserit. Exordium autem à dogmate Empedoclis, qui aiebat cum inter se concurrunt duo corpora

Opinio Empedoclis.

Text. 57.

habentia poros utrinque commensuratos, hoc est tales, ut utlibet per eos valeat permeare, quo pacto affecta sunt aqua, & vinum, tunc dari mixturem: cum vero vnum alteri duntaxat commensuratum est, ut ignis comparatione ligni, cuius meatus penetrat, neque tamen à ligno penetratur; in tali euentu dari actionem, & passionem, non tamen mixturem; siquidem videmus ignem ligna urere, non autem illis misceri.

c Vna autem ratione) Pertractat secundam opinionem, quæ fuit Democriti, & Leucippi. Hos

Parmenidis
& Melissi
dogma:
Eius proba-
tio.

Hos verò ait conuenientius ad naturam locutos fuisse, quam alios; qui ea dixerunt, quæ cum natura coherere non possunt; ut Parmenides, & Melissus, qui affirmarunt totum unum esse, & immobile, ac continuum. Quod immobile esset, ita probabant, motus dari non posse, nisi sit vacuum; sed vacuum non est; ergo motus non est. Quod esset tantum unum ita ostendebant; multa esse non possunt, nisi sit aliquid ea segregans, ac diuidens: sed nihil tale esse potest, nisi detur vacuum; hoc autem non datur; nequeunt ergo esse multa inuicem discreta, proindeque omnia unum sunt. Quia verò posset quis occurrere dari multa corpora se tangentia, inter quæ nullum intercedit vacuum: solutionem refellebant aientes continuum, & se tangens nihil differre; proindeque adhuc

tatum manere omnia esse unum, idque immobile, & continuum. Siquis itè diceret continuum esse diuisibile in plures partes; atque adeò posse dari multa, nec omnia unum esse. Id eis fictitium videbatur; propterea quod non sit maior ratio, cur continuum in vno puncto, quàm in alio diuidatur, & cur vna pars in vniuerso, interpositione vacui, maneat diuisa, quàm alia. Ita verò progressi hi philosophi contra sensus experientiam, motum negarunt, simulque naturam, quæ illius principium, & causa est, demoliti sunt.

Qui motum,
& naturam
sustulerunt.

Reprehendunt
Parmenidem,
& Melissum.

d Sed cū in rationibus Parmenidem, & Melissum conuincit, quod inanium rationū specie delusi, ea, quæ apparent, quasi quodam plusquam insanie æstu abrepti; nō viderint, quis enim & si mente captus sit, idem putet esse ignem, & glaciem, candorem, & nigredinem? Cū neque insani de iis, quæ sensu usurpant, tale ferant iudiciū, quāuis interdū, quæ cū virtute & honestate conuersa sunt, & specie boni, etiā propter consuetudinē prę se ferūt, quibusdam præmentia nihil à contrarijs differre videantur. Lege, si placet, quæ de hoc Parmenidis & Melissi dogmate scripsimus primo libro Physicorum cap. 6. quæst. 1. art. 1. vbi illud à calumnia vindicauimus cum Simplicio ad textum sextum libri eiusdem, & Bessarione, secundo libro contra calumniatorem Platonis c. 3. Nec enim verisimile est homines philosophos adeò vecordes fuisse, ut reuera putarint omnia simpliciter unum esse, quāuis id primo verborum aspectu indicarent. Qua de re Nicolaus Cusa in libro de filiatione Dei, Eugubinus lib. 3. de perpetua Philosophia, Mirandula lib. 6. de examine vanitatis.

c Leucippus verò } Leucippum multis à Parmenide dissentire, & ex parte conuenire ait. Dissert, quia

critus: principium facientes, quod quidem secundum naturam est. Nonnullis enim ex veteribus id quod est, necessario esse unum, atque immobile visum est: vacuum enim ipsum non esse. Nihil autem moueri posse, si vacuum separatum in ratione rerum non sit. Nec rursus esse multa, si ipsum non sit id, quod ea distinguit. Ceterum putare vniuersum ipsum non esse continuum, sed ea, quibus constat, diuisim sese tangere, idem profectò esse, atque ipsum multa, & non unum esse, & vacuum dicere. Nam si omni ex parte diuisibile sit, nullum unum esse, quare nec multa, sed vacuum, vniuersum sint verò partim diuisibile sit, partim non diuisibile, hoc figmento cuidam esse persimile. Nā quatenus, quamque ob causam pars alia vniuersi hoc pacto sese haberet, plenaque esset, alia diuisa. Præterea sic esset necessarium motum non esse. Ob hæc igitur rationes nonnulli sensum prætereuntes, despicientesque quasi rationē sequi ducem oporteat, vniuersum ipsum, unum & immobile, & infinitum esse asserunt. Nam aliòqui (inquiunt) finis ad vacuum finiret. Quidam igitur ad hunc motum, & ob causas hæc, de ipsa veritate dixerunt. d Sed cū in rationibus hæc videatur euenire, in ipsis verò rebus minimè hoc pacto sentire insanie persimile existit: nemo enim ex hisce, quos insaniam malè habet, à mente eousque discedit, ut ignem & glaciem, unum esse putet: sed solum quæ bona, honestaque sunt, & quæ per consuetudinem talia esse apparent, ea quibusdam ob insaniam nihil differre videntur. e Leucippus verò rationes habere arbitratus est, quæ sensui consentanea dicentes, nec generationem, nec corruptionem, nec motum, nec entium pluralitatem à medio tollant. Consentaneè autem hisce, quæ apparent, hæc quidè locutus. Illis verò, qui ipsum unum consiciunt, quia sine vacuo non sit motus, & vacuum esse non ens, & eius, quod est, nihil, nō ens esse ait: quod enim propriè est, plenum esse.

Sed

Text. 58.

Text. 59.

Text. 60.

quia rationes attulit, quæ non negarent ea, quæ sensui perspicua sunt; & neque ortum, & interitum rerum, neque motum, aut multitudinem sustulit. Discordat etiam, quia posuit corpuscula infinita, atque discreta inter se, & per inane volitantia, quorum coitione res generarentur, dissolutione interirent. Conuenit autem, quia asseruit sublato vacuo nullum fore motum, quem eam videret contra sensus experientiam negari non posse, vacuum in rerum naturam induxit.

f Sed quemadmodum Empedocles) Leucippi, & Empedoclis dogmata inter se confert, in primis quoad ea, quibus consentiunt. Vterque enim ait passionem effici per poros, sicuti alij quoque, ex antiquis Philosophis asseruerunt. Voluit etiã interiecta vacui res dissolui, & interire; quia vna pars hac

Confertur
Leucippi, &
Empedoclis
dogma.

Sed quod est eiusmodi, non vnum esse, sed numero infinita, & indiuisibilia ob molis paruitatem. Atque hæc in vacuo ferri: vacuum enim esse. Item cum coalescunt, coeuntque generationem; cum dissoluuntur, corruptionem efficere. Atque agere, & pati, quatenus sese tangunt: nam eatenus non vnum esse. Et generare cum componuntur, complicanturque. Et ex eo, quod verè vnum est, non gigni multitudinem, nec ex hisce, quæ verè multa sunt, vnum; sed hoc esse impossibile. f Sed quemadmodum Empedocles, & quidam alij aiunt, per meatus pati, sic omnem alterationem, passionemque hoc fieri modo: cum per vacuum fiat dissolutio, & corruptio, similiter autem & accretio, intro subeantibus solidis. Ferè autè perinde dicat Empedocles, atque Leucippus ait, est necessè esse, inquam, solida quedam, ceterum indiuisibilia, nisi meatus omni ex parte continui: quod sanè fieri nequit. Nam solidum, nihil aliud præter poros, sed totum vacuum esset. Quæ igitur sese tangunt indiuisibilia esse, & quæ inter hæc media sunt vacua, quos ille poros, meatusque appellat, est necessè. Ad hunc modum Leucippus de actione & passione dicit. Modi igitur, quibus alia agunt, alia patiuntur, hi ferè dicuntur, g & de hisce quidem, & quo pacto dicant, perspicuum est. Et ad positiones, quibus ipsi vtuntur, ferè consentaneè accidere videtur: cæteris autem minus: verbi gratia, Empedocli qualiter generatio, corruptio, & alteratio fiant, nequaquam liquet. Nam his prima corpora indiuisibilia sunt, figura tantum inter se discrepantia, ex quibus primis entia componuntur, & in quæ vltima dissolui solent. Empedocli verò cætera, quidem, vt patet, vsque ad elementa ipsa, generationem habent, atque corruptionem. At horum ipsorum aceruata, cõgestaque magnitudo quo pacto oriatur, ac intereat, neque perspicuum

altera illuc fertur. Itè accretionem fieri sabingressu atomorum in meatus rei, quæ nutritur. Licet enim Empedocles corpuscula insectilia non expressè posuerit: id tamen ex ijs, quæ ab eo dicuntur, planè sequitur. Ponebat enim poros, quorum interuentu actio procederet, dum se se in illos insinuarent minutissimæ particulæ, quæ ab agente in passam exilerent. Itaque, vt D. Thomas & Auertoes annotarunt, id tantum discriminis inter vtramque opinionem est, quod Leucippus vacuum corporibus inferebat; alij verò id negabatur; sed meatustenuissimis corpusculis refertos esse arbitrabatur. Ideoque subiicit Aristoteles modos agendi, & patiendi apud illos ita ferè, vt dixit, atque adeò ferè eodè pacto se se habere.

g Et de hisce quidem) Subiicit discrepantiam inter Leucippum, & Empedoclem. Nam Leucippo ex sua opinione facilius erit eorum, quæ apparerent, causam rationemque reddere. Empedocli autè minus facile. Nec enim appareret quoniam modo apud illum constare queat generatio, corruptio, & alteratio in rebus physicis, præsertim omnibus. At

dissidium inter
Leucippum,
& Empedoclem.

Democritus, & Leucippus reddere possunt causam generationis, & corruptionis non mistorum tantum; sed quatuor etiam elementorum ex corporibus insectilibus: quia apud hos tam mistorum, quam simplicium corporum diuersitas oritur ex varietate atomorum, posita, ordine, forma, & figura inter se differentiã. Empedocles autè esto rationem afferat generationis, & corruptionis mistorum, quæ censuit generari ex elementis: quo tamen pacto elementa ipsa generationem subeant, cum non habeant elementa alia, ex quibus fiant declarare in opinione sua non potest.

h Similiter & aliorum.) Comparat inter se Leucippi, & Platonis opinionem: primum quoad ea, in quibus conueniunt: quia nimirum vterque ex sua assertione potest causam reddere eorum, quæ

Confertur
sententia
Leucippi,
& Platonis.

Disputat con-
tra Leucippū.

gignuntur, & intereūt, & uterque corpuscula individua posuit. Est tamē inter eos disidiū, quia Leucippus aiebat illa sua indivisibilia esse corpora solida; Plato autē esse non quidē corpora, sed superficies. Secundo, quia figurę corporū insectiliū, quibus vnū quodq; corpus terminatur, & circumscribitur, sunt apud Leucippum infinita; apud Platonem verò finita. Tertio, quia cum uterq; asserat generationē, & intereūt effici per collisionē, & secretionem atomorū; iuxta placitū Leucippi duo erunt modi, quibus actio & passio peragantur, nempe contactus, & vacui interiectio; iuxta Platonē verò vnus tantum, nimirum contactus. Nam vacuū ille non posuit. Ac de indiuiduis superficiebus ait se alibi disseruisse, ut in tertio de celo: quę autem de indiuiduis corporibus fusē disputari possent, hoc loco pretereire, nec aliud se velle facere, quā incōmoda, quę quod ad tē presentē attinet, ex illis sequūtur, sub aspectum ponere.

i Ut autē paululū) Primum argumentū cōtra Leucippum ita se habet. Ex illius dictis sequitur insectilia corpuscula, nec pati posse, neq; agere, atq; ita nihil ē frigidū calidū, ē molli durum, aut ē conuerso posse fieri: hoc autem sensui repugnat: igitur sententia Leucippi absurda est. Cōsecutio probatur, quia, ut ille vult, nihil patitur nisi per vacuum: hoc autem non inuenitur in corpusculis insectilibus, quę solida sunt, ut ipse fatetur. Non ergo eiusmodi corpuscula pati possunt, atque adeo neque agere, cum desit, per quod se ad agendum insinuent.

k Atqui hoc absurdū est) Nunc oppositum eius, quod proxima ratione concluderat, ostendit, videlicet indivisibilia corpora necessariō in se mutuō agere: quo probatum manebit ex opinione, quam confutat, sequi pugnantia. Argumētatur ergo in hūc modū. Corpora indivisibilia, quę sunt figu-

Si detur vnū
contrariū, al-
terū quoq; da-
ri necesse est.

Insectatur
Platonem.

re circulares, sunt calida, ut aduersarij fatentur: oportet ergo aliud alterius figurę esse frigidū: quia si vnū contrarium in natura detur, alterum quoque dari necesse est: at si existat calidum & frigidum, pari modo existet etiam graue & leue; durum, & molle: sed contraria agunt in se mutuō, ut calidum in frigidum, imo & calidum intensius in id, quod minus intensum est: non est ergo negandum inter corpora indivisibilia dari reciprocam actionem.

l Si quidem hoc ipsum) Reprehensionis aculeos in Platonem conuertit, quod ex illius dogmate idē absurdum sequatur, atque ex placito Democriti. Namque apud illos nō potest aliquid effici rarius, aut densius nisi interiectu vacui, quod cū dari negent, non erit in corporibus rarū & den-

cuum est, neque fieri potest, ut ipse dicat, nisi & ipsius ignis elementū esse dixerit. h Similiter & aliorum omnium, ut Plato in Timæo scripsit. Tantū enim abest, ut eo, quo Leucippus modo dicat, quod hic solida, ille plana esse indivisibilia; & hic infinitis figuris, ille finitis, indivisibile quoque definiri asserit: quandoquidē indivisibilia vtrique & figuris definita dicunt. Ex his itaque generationes, & segregationes fiunt. Nam Leucippo quidem duo modi esse possunt, & per vacuum & per tactum. Hac enim ratione diuisibile quodque existit. Platoni verò duntaxat per tactū: nam vacuum non esse inquit. Et de planis quidem indivisibilibus in hisce, quę prius dicta sunt, diximus: de solidis verò itidem indivisibilibus, quod præterea considerari potest, in presentia omittatur. i Ut autem paululum digredientes dicamus, quodque eorum, quę indivisibilia sunt: incompatible esse (non enim fieri potest, ut quidquam patiatur nisi per vacuum) nullamq; passionem efficere (nam vacuū neque durum, neque frigidum esse potest) necesse est. k Atqui hoc absurdum est, solum, inquam, rotundę figurę calorem tribuere: necesse enim est & contrarium frigus scilicet, alicui alij competere figurę. Absurdum etiam est si hæc quidem, caliditas, inquam, & frigiditas insint, pondus autem, ac leuitas, & duritia, mollitudoq; non insint. Atqui Democritus indivisibilium quoque per excessionem grauius esse asserit: quare, ut patet, & caliditas. At fieri non potest, ut quę talia sunt, mutuō à sese non patiātur; ceu à calore admodum exuperante, id quod lente calidum est. At verò si durum, & molle. Molle autem dicitur: quia pati quippiam soleat; quod enim credit, molle est. At verò & absurdum quoque fuerit, si nihil nisi figura solum insit. Item, si quid insit, sed vnū solum, ut si hoc durum sit, illud calidum: neque enim eorum natura, vna aliqua esse potest. Pa-
ri

Text. 63.

Text. 64.

Text. 65.

Text. 66.

Text. 67.

Text. 68.

& densum, & ex consequenti nec aliæ qualitates; quandoquidem hæc ex parte materie primæ sunt, quibus sublatis, aliæ funditus ruent: atque adeo omnis actio, passioque tolletur. Ita D. Thomas hunc locum interpretatur.

m Ad hæc id quoque) Aliud proponit argumentum aduersus Democritum. Aiebat enim sua illa corpuscula ob exiguitatem insectilia esse. Id ex eo oppugnat, quia magnū & parū eiusdē sunt generis, & utrūque naturā quantitatis sequitur. Quare si paruis inest esse omnino indiuisibilia, idē etiā & magnis cō, erit. Vt verò deceptionis Democriti causā prodat, bifariā inquit Aristoteles semi indiuisibile. Vno modo pro eo, quod difficilē diuidi potest; altero p̄ eo, quod neutiquā potest di-

Indiuisibilia
bifariā sumi.

ri modo impossibile fuerit, & si plura vnā insint: nam cum sit indiuisibile, in eodem affectus habebit. Quare si patitur, quatenus frigesit, eatenus nimirum & aliud quippiam aget, aut etiam patietur. Ad hunc autem modū, de cæteris quoque passionibus est dicendum. l Si quidem hoc ipsum eodem modo accidit, tam ijs, qui solida, quam qui plana esse indiuisibilia dicunt. Nam si vacuum in bisce, quæ indiuisibilia sunt, non insit, neque rariora, neque

Text. 69.

Text. 70.

Text. 71.

Text. 72.

Text. 73.

Text. 74.

Text. 75.

densiora fieri possunt. m Ad hæc illud quoque præter rationem existit, parua inquam esse indiuisibilia, magna verò minimè. Nunc enim haud sine ratione, quæ maiuscula sunt facilius, quàm quæ parua, frangi solent: hæc enim, magna scilicet, faciliè dissoluuntur, quippè quæ in multa impingāt. Sed quæ prorsus indiuisibilia existunt, cur paruis potius, quàm magnis competunt? n Insuper vtrum illorum omnium solidorum vna sit natura, an inter se differant, perindè atque si mole alia ignea, alia terrea essent.

Nam si vna sit omnium natura quidnam id est, quod ea distinxit, separauitque? Aut cur cum sese tangunt, non in vnum coalescunt, haud secus quàm aqua, cum aquam tangit? Nihil enim posterius à priori differt: sint verò diuersa, qualia nam hæc sunt? atque perspicuum est ea potius, quàm figuras ipsas, poni oportere principia, causasque eorū, quæ eueniunt. o Præterea si natura differant, & agent, & patientur, cum mutuo sese tangent. p Præterea quidnam est id, quod mouet? Nam si aliud sit, affectioni erunt obnoxia. Sin verò quodque sese moueat, aut erit diuisibile, ita, vt altera parte moueat, altera moueatur, aut in eodē inerunt contraria, & materies non modo numero vna, sed & potentia, erit. q Qui igitur ob meatuum motionē passiones accidere inquirunt, si oppletis quoque meatibus id euenire dicant, meatus superuacanei sunt. Nā si passio ad hunc fiat modū, vniuersū ipsū, etiā si foramina nō habeat,

sed

poterunt, cum sibi inuicem appropinquarint, quod tamen negat Democritus.

p Præterea quid nā est) Persequitur Democriti oppugnationē, cū, inquit, atomi aggregantur, vel à se vel ab alio, atque externa vi mouentur. Si ab alio, iam ex se partibiles sunt contra Democritum: si à se, oportet ergo dari in ijs partē vnā, quæ moueat, aliā, quæ moueatur; atque ita atomi diuiderent: nisi quis dicat in vna, eademque partē posse contraria inueniri, vt mouere, & moueri. Quod si quis respōdeat cōtraria posse inesse vni subiecto, quod sit idē re, sed potentia & ratione differat. Occurrit ex proposito argumento sequi cōtraria reperiri in subiecto, quod nō re tātū, sed ratione quoque idē omnino sit: quādoquidē atomi in sententia Democriti, cū indiuiduè omnino

Qq 2

sint,

Oppugnat
Democri-
tum.

Confutatio
responsionis

sint, non constant partibus diversis, quarum una agere, altera pati possit. Quare idem profus eadem ratione spectatum contraria sustinebit.

Actiōnem & passiōem nō fieri per ingressum atomorum.

q Qui igitur ob meatuum) Ostendit non posse fieri actionem passionemve per ingressum atomorum intra poros, qui pleni sint. Nam sublatis poris, totoque corpore continuo existente, adhuc actio & passio erunt. Sicut enim quod intra poros latet ab agente expellitur, ita partes rei continuae, praesertim si facile cedant, remoueri poterunt. Similiter probat non effici, uti volebant aduersarij, visionem per traiectionem corpusculorum poros substantiam. Enim vero si meatus pleni sint, eadem erit difficultas, ac si totum corpus solidum, & sine poris esset, cum re ipsa totum corpus plenum sit; idque siue pori magnam, siue exiguam vendicent quantitatem.

r In summa meatus) Concludit superuacaneos esse meatus ad agendum. Nam vel actio fit per solam contactum, vel non fit. Si fit, non igitur pori necessarii sunt. Si non fit; ergo quāuis agens poros subintret, non ideo agit: quia ingredi non est agere, sed rem applicari, ut agit.

sed continuum sit, eodem pati modo potest. Insuper, qui fieri potest, ut transpiciatur, uti aiunt? Nam neque secundum tactus per perspicua transitio fieri potest: neque per meatus, si singuli pleni sint. Quid enim meatus habere, an non, refert? totum enim similiter erit plenum. At vero si haec quidem vacua sint, sed corpora in se necessario habeant, idem rursus accidet. Quod si magnitudine tantilla sint, ut nullum corpus admittere queant, putare quod paruum est, vacuum esse, quod magnum, non vacuum, ne quantulumcumque quidem, aut dicere sese putare vacuum esse quippiam aliud, praeter corporis locum, ridiculum est. Quare, ut patet, vacuum omni corpori mole aequabile erit. r In summa, meatus facere, superuacaneum. Nam si per tactum agat nihil; neque per meatus sese insinuando agat. Sin vero quippiam ex eo agat, quia tangit, etiamsi meatus nulli sint, eorum quae inter se agere, ac pati nata sunt, alia agent, alia patientur. Perinde igitur meatus astruere, ut quidam existimant, aut falsum esse, aut certe vanum, ex hisce constat. Porro cum corpora omni ex parte diuisibilia sint, meatus facere ridiculum existit: nam quo diuisibilia sunt, hoc separari queunt.

Text. 76.

Capitis noni Explanatio.

Sententia Aristotelis de ratione agendi & patendi.



Vonam autem modo a) Posteaquam improbauit quae minus vere de ratione agendi, & patendi ab alijs prodita sunt: nunc suam ea de re sententiam aperit; docetque id agere, quod, quatenus tale, actu est: id pati, quod, quatenus tale, est in potentia: v.g. id calefacere, quod est actu calidum, seu calefactiuum; id caleferi, quod habet potentiam, siue aptitudinem ad recipiendum calorem. Modum vero agendi esse per contactum, siue immediatum, siue mediatum; ut progressu dicendum erit. Monet autem

passionem non fieri ita, ut passum secundum alias partes, nempe solidas, nihil patiat; secundum alias, nimirum porosas, actionem recipiat. Potest enim secundum se totum pati: quia ut totum agens potest esse in actu ad agendum, ita & patiens poterit totum esse in potentia ad recipiendam agentis impressionem. Quod patet in igni, & aqua illi congruenter applicata: siquidem & totus ignis calidus est, & tota aqua aptitudinem habet, ut ab eo calefiat.

C A P. I X.



Vonam autem modo a ea, quae sunt, generent, agantque, ac patientur, sumpto initio sepe iam dicto, declarem oportet. Si enim aliud potentia, aliud actu tale est, atque natum est non partim pati, partim non pati; sed vniuersim quatenus est tale, magis autem & minus, quatenus magis & minus tale est; sic profecto melius quispiam meatus inesse dicet, sicut

Text. 77.

b Conti.

b Continuum igitur quodque) Docet quando una pars est continua alteri, non posse in se mutuo agere. Quod intellige non de qualibet continuitate quantitatis, sed de ea, quam comitatur similitudo affectuū, ita ut non solum utriusque partis extrema unum sint, sed ambę in eadem specie qualitate, eiusque gradu conveniant. Licet enim Mathematico more continentur; si tamen altera calida sit, altera frigida; vel altera plus, altera minus caloris, aut frigoris in se habeat, poterit inter eas dari reciproca actio, ut videre est in partibus eiusdem animantis, quę cū

Quo sensu dicat Aristoteles continua non posse in se mutuo agere.

Text. 78. in metallicis venę quędam rei affectui obnoxie porrigi solent. b Continuum igitur quodque & unum existens, affectionis expertus est. c Similiter & ea, quę tametsi agere, & pati nata sunt: tamen neque sese tangunt, neque alia. Intelligi volo, ut ignis non modo cū tangit, sed etiamsi procul sit, calfacit. Nam ignis aerem, aer corpus excalfacit:

inter se continentur, invicem agunt, & patiuntur.

c Similiter & ea) Inter cęteras condiciones ad agendum necessarias, una est, ut agens, & patiens sint in debita distantia. Nam cū agentia naturalia virtutem certis limitibus definitam sortiuntur, oportet ut id, quod ab ipsis pati debet, intra spheram suę activitatis, quę determinata est, contingat. Quare id, quod primo & immediate agit in aliud, immediate illi erit, ipsamque tanget: quod verò agit interuentu alterius, ei, in quod proximè agit, immediate coherbit; & huius interuentu id, quod disitum est, tanget. Patet hoc in igni, qui lebetem attingit, ipsumque immediate calfacit, per illū verò aquā lebeti contiguam.

Virtus agentium naturalium definitur certis terminis.

Text. 79. cui ut agat, patiaturque est insitum. d At fieri posse, ut quicquam parte altera patiatur, altera non patiatur, qui id ipsum initio definire, dicant oportet. Si enim magnitudo non omnino, omni que ex parte sit divisibilis, sed corpus, aut latitudo indivisibilis sit, non erit profecto quicquam omni ex parte patibile, sed ne continuum quidem. Quod si hoc falsum est, & omne corpus est divisibile, divisum ne sit, sed tangat, an divisibile nihil refert. Nam si per tactus segregari possit, perinde ut quidam affirmant, etiamsi nondum sit divisum: poterit tamen esse divisum: nullum enim emergit impossibile. e Omnino autem generationem ad hunc fieri modum, nempe discisis corporibus, cancellos egreditur rationis. Etenim sermo iste alterationem è medio tollit. At idem corpus, quanquam continuum, aliàs liquidum, aliàs concretum videmus, non divisione, aut compositione hoc passum, neque conversione, aut contactu, sicuti Democritus asserit. Nam neque transpositione, neque nature demutatione, ex liquido concretū evadere solet. Neque nunc dura, concretaque indivisibilia mole sunt; sed ex æquo quoduis, nunc liquidum, interdum vero durum, ac concretum existit. Præterea fieri non potest, ut accretio, decretiōve sit: non enim quoduis fiet maius, si accretio adiectio sit, & non totum mutetur vel admisto aliquo, vel ipso per se mutato. Quod igitur generare, ac agere, & generari, ac pati inter se mutuo sit, & quonam pacto id fieri queat, & quonam quidam fieri dicant, non tamen fieri possit: hoc modo sit definitum.

d At fieri posse) Ostendit non oportere, ut patiens secundum unā partem actionem admitat, secundum aliam non. Etenim si poneremus corpus, & magnitudinem non ubique divisibilem esse; sed constare ex insectilibus corpusculis, ut asserunt Democritus; vel ex indivisibilibus, ut Plato docuit: tunc verum

Individua superficies Platonis,

Text. 80. id quidem esset: quandoquidem indivisibilia inter se coeuntia neque faciunt inanis, neque continuum, aut extensum; quale esse oportet id, quod aliud corpus tangit, & ab eo passionem recipit. Verum cū res multo aliter se habeat, & horum philosophorum sententię à veritate deflexerint, non est cur negemus posse totum corpus ab alio pati. Quin verò nec si ad passionem diceretur necessaria partium divisio; id de divisione ad actum perducta intelligi deberet. fat enim est posse continuum in plura secari.

Text. 81. e Omnino autem) Probat eam sententiam, quę asserit actionem, & passionem fieri dum corpuscula meatu sabintraut, divisione secretionequę partium, neque a terationem, neque accretionem tueri, immo eas è medio tollere. Videmus enim idem corpus servata continuitate, partibusque sibi mutuo coherentibus, nunc humectari, nunc sicari, nunc hac, nunc illa affici qualitate. Quod tamen in sententia Democriti esse non posset absque sectione partium, & mutatione

tatione penes earum situm, contactumque. Præterea in accretione oportet quolibet partem rei, quæ augetur, incrementum sumere, ut superius dictum fuit. Id autem si atomorum additione præstandum erit, non accretio, sed unius corporis ad alterum appositio dicetur. Neque enim vivens ipsum mutationem subibit converso in suam substantiam alimento, uti cum res accrescit, fieri solet: sed atomi duntaxat in se mutari poterunt, dum viventis latera subintrant, eique ut-cumque admiscuntur.

Q V Æ S T I O I.

P O S S I T N E I D E M

agere in se ipsum actione reflexa.

A R T I C V L V S I.

E X P L A N A T I O C O N T R O V E R S I Æ.

quoad actionem reflexam luminis.



Actio alia di-
recta, alia re-
flexa.

Duertendum est actionum materialium, & alteran-
tium, de quibus duntaxat hoc loco differimus, duo
esse genera. Aliæ enim sunt directæ, aliæ reflexæ.
Actio directa est, qua in aliud rectè tenditur, ut cū
ignis aquam calefacit. Actio reflexa est, quæ non ita
se habet. Quod bifariam contingit; nimirum vel
quia qualitas, ne ulterius pergat, impeditur à corpo-
re obiecto, quod suapte natura penetrare non valet, atque ita reflecti-
tur, ut cū radij solis in opacum incidunt. Vel quia vna qualitas obsi-
detur à sua contraria, ut frigiditas aquæ ab aeris calore, qui in causa est,
ut frigiditas in se quasi reflexa se ipsam aduersus hostem corroboret,
intendatque. Est autem inter has duas actiones reflexas discrimen.
Nam posterior est secundum qualitatem habentem contrarium, & quæ
alioqui suo opte ingenio potest introrsum permeare corpus, à quo obsi-
detur, ut frigiditas aerem: prior verò non item.

Status quæsti-
onis.

In hac ergo disceptatione de utroque genere actionis reflexæ age-
mus: quanquam de priori non in toto suo ambitu, sed prout compre-
hendit solam luminis reflexionem, de qua maior est dubitatio. Pro
cuius explicatione sciendū quædam esse qualitates, quæ cū in certa
corpora impingunt, reflectuntur, ut species visiles à speculo ad ocu-
lum; imago soni, id est, echo, à loco concauo, aut flexuoso ad aures, nō
secus ac pila à pariete repercussa. Et in hunc modum reciprocatur lu-
men à corpore opaco, tanto magis, quanto illud magis opacum & ter-
sum est; vnde aer, si omnino purus sit, nihil luminis reuerberat, vitrum
non nihil; crystallus, & alij quidam lapides, aliquanto plus; omnium
maximè metalla expolita.

Deinde

Deinde aduertendum est in productione luminis posse nos loqui vel de agente principali, vt de sole, aut lucerna. Vel de agente minus principali, hoc est de lumine producto in medio, cuius interuentu agens principale in vltiores partes lumen diffundit. His positis fit prima conclusio. Corpus luminosum, siue minus, siue magis principale agens fit, potest agere in se ipsum intendendo sibi lucem per actionem reflexam. Hæc conclusio quatenus de agente minus principali loquitur, omnium fere auctorum consensu recipitur, patetque experientia. Nãq; vbi primùm radius, qui posset longius procedere, in opacum incurrit; quali retrocedens in se redit, seque in proximo aere intendit. Neque enim ob aliã causam aer terræ proximus impensius à sole calefit, quam remotus; nisi quia radij in terram incidentes, reflexu geminantur, & intenduntur; atque ita plus calefaciunt: quandoquidem lux quanto intensior, tanto vberiore ex se calorem fundit. Est autem prædictæ reflexionis ea causa, quia cum lumen insita naturæ propensione se se communicare nitatur, si id inuento obstaculo præstare nequit, eam quasi instituti sui iacturam refarcit, in se redeundo; & quantum ab extensione impeditur, tantumdem in intensiorem conferendo. Semper tamen radius reflexus remissior est directo sibi respondente; quia reflexus non maiorem habet intensiorem, quam sortiretur si in longiorem tractum recta linea perrexisset. Quare cum agens semper fortius agat in propinquum; quam in remotum, oportet radium reflexum debiliorem esse. Nec is legem actionis vniformiter difformis minus seruat, quam directus, atque adeo in qualibet parte viciniore opaco, a quo reciprocatio incipit, intensior est; in remotiori debilior.

Iam eadem conclusio quatenus asserit agens principale posse intendere in se lucem per actionem reflexam; etsi negetur a quibusdam, facile tamen probatur. Cur enim non possit? an quia agens principale nequit lucem ab eo, quod minus lucis habet accipere, vt lucerna ab aere, quem illuminat? At si ita esset, certè nec agens minus principale, vt vna pars aeris ab alia minus lucida posset per reflexionem plus luminis recipere. An quia reflexio nequit pertingere ad agens principale? Id verò aperte falsum est. Nam si reflexio lucis à pariete v. g. extendatur vsque ad decem palmos, constitui potest lucerna intra illud spatium decem palmorum, vbi retro cõmeantes radij in ipsam impingant. Negari igitur non potest in tali euentu augendum lumen in ipso etiam agente magis principali, nisi forte id obtineret lucem summè intensam, qua non posset esse maior per naturam, qualis est in solari corpore: tunc enim quantumlibet ad ipsum reflexio pertingeret, nequaquam aliunde lumen mutaretur.

Obijciat tamen aliquis. Vt patet tum experientia, tum ex propositione 55. libri secundi Perspectiue: Radij solis reflexi à speculo concavo ignem generant, quem tamen radij directi generare non possint: ergo radius reflexus non est debilior directo; cuius oppositum supra asseruimus. Occurrendum licet radius simplex reflexus simplici directo sibi respondente imbecillior existat; multos tamen reflexos in

Prima conclusio.

Cur lumen ab opaco reflectitur.

De intensiōne radiorū.

Pōsse intendi lumen per reflexionē, etiam in agente principali.

Obiectio.

Solutio.

vnum

lege Vitellionum lib. 5. Perspect. theor. 4.

vnum coeuntes, vt in eo speculo accidit, posse esse fortiores directo, sicuti etiam dicitur propositione 17. libri secundi Perspectiuæ.

Obiectio. Rursum opponat aliquis, Radius directus, & reflexus producuntur à luminoso in eodem instanti. Non est igitur cur reflexus dicatur directum intendere. Adde quod cum omnis actio sit à potentiori; si radius reflexus, vt dictum fuit, remissior est directo, non videtur quo

Solutio. pacto hic ab illo perfici, & intendi possit. Dicendū tamen licet vterq; radius eodem momento temporis producat; reflexum posterius natura produci; quia supponit traiectionem directi vsque ad opacum, à quo incipit. Quin verò concedendum est tam directum, quam reflexū cum in eadem parte medij recipiuntur (interdum enim lumen ad aliā partem com meat) in vnum coalescere, sicuti duo gradus caloris, quī iam antea in aqua erant, & duo alij, qui nunc denuo aduenere, vnum calorem singularem componunt. Quod autem reflexus minorem habeat intensiōem, id nihil impedit, quominus directum intendat formaliter, id est, tanquam pars eiusdē formæ, quæ augeri dicitur: constat enim eo modo sex gradus intendi ab vno. Quin & minor lux recepta in extrema superficie corporis opaci, potest actiuè, per reflexionem tamen, magis intendere eam, quæ maiorem obtinet intensiōem, quā ipsa. Nam cum actio dicitur non esse nisi à vincente, & qualitatem non intendi in passo, nisi ab agente, quod eam in gradu perfectiori obtinet; non est id intelligendum nisi de eo, quod per se, & directo agit; non de illo, quod per accidens talem qualitatem refundit, quatenus illi impedimentum est, ne longius procedat.

Duo radij in vnum coeuntes.

Quo pacto sit intelligendum omnē actionē esse à vincente.

A R T I C V L V S II.

ENODATIO CONTROVERSIÆ

quoad actionem reflexam, quæ per antiperistasis fit.

Prima opinio de intensiōe qualitatum per antiperistasis.

Agendum nunc de actione reflexa, quæ oritur ex obfessione, & compressione contrarij, vocaturque per antiperistasis, id est, per circumobfistentiam. Quod ergo talis actio detur manifestū est tum alijs exemplis, quæ paulò post afferemus; tū quia experimur æstiuo tempore, calore superiora omnia possidente, aquam fontanam, & putealem frigidiorē reddi. Cæterum quonam modo istiusmodi qualitatum productio fiat, dubium controuersumque est. Marsilius hoc in lib. quæst. 18. Venetus lib. 1. Meteor. cap. 3. Forliuensis q. 1. in Aphoris. 15. sect. 1. & alij aiunt effici per repercussionem specierū intentionalium à contrario circumstante. Exempli gratia refrigerari fontanam aquam in æstate, quia species frigoris emissæ ab aqua ad corpus calidum circumstantans ab eo reuerberantur, regressæque ad aquam, ac nihil in ea impediementi inuenientes, vberiorē ei frigiditatem imprimunt.

munt, sicque aqua frigidior fit occasione obsidentis contrarij. Nam primū quod tales species à frigiditate, alijsque id genus qualitatibus exiliant, inde constat; quia sensus tactus non nisi earum ministerio sensibiles qualitates percipit; cum sit facultas cognoscens, quæ rerum imaginibus ad cognoscendum eget. Deinde quod illæ à contrario impeditæ retro commeent, ex eo ostenditur, quia non est, cur potius lumen in opacum incidens repercutiatur, quàm illæ. Item quia nisi talis regressio daretur, nequaquam ea actio, qua qualitas propter vicinum contrarium corroboratur, reflexa appellanda esset. Postremò, quod species intentionales possint efficere eas qualitates, quarum imagines sunt, ex eo suadetur, quia nulla alia causa inuestigantibus se offeret, cui iure ascribi queat productio talium qualitatū in euentu & circumstantijs, de quibus agimus. Quod si quis dicat non videri qualitatem ab ea, quæ tantum esse notionale obtinet, produci posse; cum hoc esse longè illo imperfectius ac deterius sit; id ex eo refelli poterit; quia corpora damnatorum apud inferos non per receptionem caloris, & frigoris; sed per eorum species intentionales crucianda sunt, ut multi magni nominis, præcipueque auctoritatis Theologi arbitrantur. At si species realem illum cruciatum possunt inurere, quid mirum si calorem etiam, aut frigus apud nos generare queant?

1. ratio.
2.
3.
4.

Quod species non causant qualitatem realem D.Th. 1. p. q. 67. a. 3. ibid. Cait. Rich. in 2. d. 13 q. 1. circa 2. p. r. c. D. Bon. q. 2.

Nihilominus sit secunda conclusio huius controuersie. Actio per antiperistasis non fit ministerio specierum intentionalium. Probat, quoniam hæ species non fuerunt à natura institutæ, nisi ut sint principia cognoscendi. Deinde, quia si species repercussæ haberent vim producendi qualitates illas reales, eandem facultatem obtinerent species directæ, cum fortiores & efficaciores sint. Tertio, quia ut species primarum qualitatū tactilium non repræsentant nisi qualitates, quæ præsentem sunt (nec enim absentes qualitates tactu sentimus) ita vnà duntaxat cum ipsis qualitatibus realibus producuntur, nec sine illis diuagantur. Quare non egredientur species intentionales frigoris ad aerem calidum, nisi vnà cum frigore, cuius similitudines sunt. Quarto quia species frigoris neque speciebus caloris, neque ipsi calori aduersantur: atque adeo non est, cur in calidum corpus incurrentes ob contrarietatem ab eo resiliant. Neque obstat, quod imago vocis, species visiles, & lumen, quæ contrarium non habent, repercutiuntur. Id enim propterea accidit, quia hæc naturæ suæ conditione non qualibet, sed certi generis corpora queunt peruadere, ut superius diximus. Non enim sonus, aut eius imago terram penetrant, similiter species visiles non omne corpus, sed diaphanum subeunt, & lux nullū opacum intrat. Quapropter necesse est quoties isthæc offendunt ea corpora, in quæ insinuare se non valent, confestim resilire. At quatuor primis qualitatibus, earumque speciebus intentionalibus omnia corpora sublunaria peruia sunt, proindeque diuersa in his ratio inuenitur.

Secunda conclusio.
Imagines non habent contrarium.

Igitur ad primū, & secundū argumētū contrarie partis cōcedēdū est dari species intentionales primarū qualitatū, sed negādū eas reflecti; & ad primā

Rr ratio- Solutio primæ, & 2. argumenti.

Solut 3.

rationem, quæ oppositum suadebat, reddenda est ratio diuersitatis ex
ijs, quæ proximè dicta sunt. Ad tertium respondendum actionem per
antiperistatim non dici propriè reflexam; sed eatenus eam appellatio-
nem sortiri, quatenus emanatio illa frigoris in aqua obsessa à calido
non impenditur circa aliud corpus, sed in ipsamet aquam conuertit-
tur, qui est velut modus quidam reflexionis.

De imaginā
tionis vi.

Quod spectat ad eam partem argumenti, quæ ostendere nitebatur
species intentionales posse reales qualitates gignere, aduertendum
primò probabile quidem esse, vt iam alibi hoc in libro censuimus, ani-
mam per suam apprehensionem interdum in proprium corpus, immo
& in materiam foetus imprimere qualitates, quas apprehendit; licet
enim esse intentionale, cæteris paribus, inferioris notæ sit, quàm reale;
id tamen non impediet, quominus hoc per illud tanquam per instru-
mentum gigni possit; non enim oportet causam instrumentalem aut
nobiliorē, aut nobilitate æqualem esse suo effectui. Verum licet hoc
vehementi animæ apprehensioni nonnunquam tribuatur, non est, cui
ad species impressas, quæ rebus sensu, & vita carentibus inhaerent, ex-
tendatur; præsertim cum animæ tam hominum, quàm belluarum multò
excellentiorem naturam sortiantur, quàm formæ rerum non viuentium;
proindeque nihil mirum sit, si vt in alijs effectuum generibus, ita & in
hoc, aliquid formæ viuentium præstent, quod à formis non viuentiū
effici non possit.

Dubium de
modo, quo
ignis damna-
torum cor-
pora vitæ.

Deinde obseruandum controuersiam non paruam esse inter docto-
res, num corpora damnatorum actione reali, an intentionali duntaxat
torquenda sint. Quod sola intentionali affirmat D. Thomas in 4. dist.
44. quæstione tertia, articulo primo, quæstiuncula secunda, & in ad-
ditionibus ad tertiam partem. quæst. 86. articulo tertio, & quæst. 97.
articulo primo, & quodlib. 8. art. 18. Ferrariensis quarto contra gen-
tes cap. 89. Capreolus in 4. dist. 44. quæstione secunda, articulo ter-
tio. Scotus dist. 50. quæstione vnica, articulo tertio, conclusione tertia,
Hispalensis dist. 44. quæst. quarta. His illud potissimum fauet argu-
mentum, quia per vicissitudinem realis caloris, & frigoris oporteret
damnatorum corporibus poenam minui; siquidem nunc plus, nunc
minus frigoris, aut caloris in se haberent: quod tamen non accidet si
torqueantur per momentaneam receptionem specierum.

Probabilior
sententia.

Contraria tamen sententia, quæ statuit corpora damnatorum non
per solas species intentionales, sed per realem caloris productionem
crucianda esse, probabilior est. Hanc tuetur D. Bonaventura in 4.
dist. 44. articulo tertio, quæstione prima, Scotus quæstione tertia,
Maior quæstione secunda, Argentinas quæstione vnica, Richardus quæ-
stione sexta, & septima, articulo secundo circa 2. princ. Durandus
quæstione decima, Carthusianus ibidem, qui contrariam partem leue-
riori, quàm par erat, censura improbens, ineptam eam vocat. Habent
autē hi auctores pro se eā rationem, vt nunc cæteras omittamus, quod
ex sacra pagina, & patrum dictis constat corpora danatorum ignis mi-
nisterio

D. Thomæ
opusc. 3. cap.
177. tract. 1.
& opusc. 10.
e. 26. Paludanus
in 4. d.
44. q. 1.
vtrâque po-
tè defendit.

nisterio vrenda esse, & gravissimis doloribus crucianda. Quare cum proprius, & naturalis modus vrendi, & torquendi corpora, sit per calorem, & realē actionē dissolventem corporis tēperamentū & lādētem sensiterium tactus: non est cur sine causa ad solam intentionalem actionem recurratur. Nam quod aiunt ignem non posse momento in excellenti gradu calorem inducere, fatendum id quidem est, nisi diuinavirtute eleuetur, sicuti etiam eleuatur ad torquendos dæmones: cum tamen nihil corporeum suapte natura in rem expertem materiae possit agere.

Eleuatur diuina virtute ignis ad torquendos Dæmons.

Lege Fgid.
quodl. 2. q. 9.
& 10 Henr.
Gad. quodl.
8. q. 37.

Ex his perspicua relinquitur solutio rationis, quæ probare cōtendebat posse species intentionales producere qualitātē realē exēplo cruciatus dānatorum. Negamus enim eorum corpora eo modo torqueri. Quod si ita reuera torquentur, id non ad naturalē facultatē specierū, sed ad diuinam virtutē, qua supra suam facultatem excitātur, referri debet.

Quod deniq; obijciebatur, non occurrere aliam rationē, qua qualitates per antiperistasis intendi possint, quā per regressum specierū; id falsum esse mox patebit. Vt vero tertiā conclusionem statuamus, prænotandum est qualitates, quæ per antiperistasis in subiecto producuntur; siue maiorem intensiōnem in eo comparant; aut esse ei naturales, vt frigus aquæ; aut eius naturæ repugnantes, vt calorem eidem aquæ. Deinde repetendum memoria est id, quod libro septimo Physicorum capite primo quæst. 1. art. 3. & lib. 8. cap. 4. quæst. 1. art. 2. docuimus, videlicet cum aqua remotis impedimentis natiuam frigiditatem recuperat, eam actionem, qualis qualis est, proximè quidem, & tanquam à causa minùs præcipua, oriri à forma aquæ; mediatè, & tanquam ab agente principali effici à generante. Quod similiter de actionibus, quibus cætera corpora ad statum naturæ suæ debitum reuertuntur, pronuntiandum est, vt cum exhalationi frigiditas eius formæ conueniens redditur; & cum ignis tendit ad Lunæ concauum, & terra in cētrum mundi.

Solutio. 4.

Aquæ ad natiuam frigus reuocatio.

His positis sit tertia conclusio. Actio, qua corpus per antiperistasis mouetur ad qualitatem sibi naturalem, proximè est à forma substantiali ipsius corporis, remotè à generante. Hæc conclusio ea ratione ostenditur, quia eiusmodi actio non est à speciebus intentionalibus, vt probatum fuit, nec à contrario cum vnum contrarium non sit per se causa efficiens alterius, sed contrariorum contrariæ causæ sint, vt testatur Aristoteles libro secundo huius operis capite decimo text. 56. & libro quarto Meteor. capite septimo. Nec est à materia, aut quantitate, aut qualitate aliqua subiecto inhærente, vt loco citato ostensum est: erit ergo à forma, & à generante modo ante explicato. Itaque duplici euentu solet vnumquodque subiectum sese reuocare ad natiuam qualitatem, eamque magis intendere; nimirum cum liberatur à contrario, cuius vi eam qualitatem amiserat: item cum obsidetur à contrario vehementi (dummodò id non tam vehemens sit, vt ab eo omnino opprimatur, sicuti aquæ accidit, cum igni exposita

3. conclusio.

Instita cuique
propensionem ad
tuendum se.

illius actiuitati succumbit) Nam cum vnumquodque ingenitā habeat propensionem ad se conseruandum; si à contrario oblideatur, conseruit forma quodam naturæ instinctu ex se fundere qualitatem contrariam qualitati vicini hostis, à quo impetitur, vt his armis se illi opponat, eiusque potentia resistat, & se ipsum ab interitu vendicet. Ac de qualitatibus subiecto natiuis, eiusque formæ consentaneis, cum per antiperistasis intenduntur, ita videtur sentiendum.

ARTICVLVS III.

EXPLICATIO EIVSDEM.

DE ijs autem, quæ subiecto peregrinæ, & repugnantes sunt, maior est dubitatio. Ac primum quod illæ etiam, circumstante aduersario, magis intenduntur experientia constat: quādoquidem forma substantialis exhalationum est eiusdem speciei cum forma substantiali terræ, è qua euocantur, vt in Meteoris docuimus, proindeque natura sua frigiditatem postulat; & tamen exhalationes, cum in medium aeris tractum venere, illius regionis frigore circumseptæ nonnunquam, vt Aristoteles lib. 1. Meteor. cap. 4. inquit, ad eum incallescunt, vt ignem concipiunt, quod similiter accidit alijs, quæ in infima regione accenduntur. Præterea constat aerem æstiuo tempore ædibus conclusum ultra gradum sibi debitum à calido ambiente refrigerari; & aquas subterraneas per hyemem aere frigido obsessas tepescere, ac vaporem calidum exhalare. Cæterum quæ nam sit causa intensiois istiusmodi qualitatum, obscura quæstio est. Nonnulli, quorum sententiam amplectitur Galenus lib. 3. de simplicibus medicamentis cap. 3. affirmant puteorum, & fontium aquam (quo maximè exemplo antiperistasis, de qua nunc sermo est, comprobari solet) non magis hyeme, quàm æstate calidam esse; sed perpetuò frigidam; etsi tactus æstimatione nunc calida, nunc frigida videatur; quia cum sensiterium calet, frigida; cum friget, calida apparet: non secus atque in balneo accidit, vbi si quis aquam modicè tepidam pelui illatam contigerit, eam non tepidam, sed frigidam iudicat. Quare nihil mirum si putealis, & fontana aqua tactui per hyemem frigiditate affecto calida videatur. Hæc opinio à veritate aberrat; licet enim illa tactus deceptio interdum contingat, non tamen in re subiecta locum habet. Cum altera quoque ratio sit, vt cæteras prætereamus, quæ illum putealis, & fontanæ aquæ in hyeme calorem testetur, nimirum quia videmus puteos, & fontes hyeme fumare, calidumque vaporem edere, quod perspicuum est magis intensi caloris indicium.

Tractatu 1.
cap. 1.

Sententia
Galeni.

Improbatur.

Secunda opi
nio aliorum.

Hac igitur reiecta opinione, qui fatentur qualitates in alieno subiecto reuera intendi, in diuersas partes abire. Quidam volunt eas intēdi ab

Lib. 2. cap. 7.
q. 18. art. 4.

ab intrinseco ex occasione circūstantis contrarij, id est, cū aqua obsi-
detur à frigido, gradum vnum caloris v. c. quem habebat, alios tres,
quatuorū fundere, non per se, aut propria facultate; sed quatenus gra-
dus ille est virtus alterius agentis, cui per se, & ex nativa conditione
calor debetur. Sicuti, vt in Physicis diximus, actio, qua ignitum ferrū
urit, non formæ ipsius ferri; sed ignis, cuius virtus calor ille est, ascribi
debet. Nec mirum quod tale agens illi gradui caloris eo modo suppeti-
as ferat; quandoquidem ex innata inclinatione ad se se tuendum, suæ
qualitatis defensionem eo artificio procurat. Alij affirmant eas qualita-
tes nequaquam intendi eo modo, sed ab alia causa extrinsecus occur-
rente, quorum sententia, re diligenter considerata, omnino amplecten-
da videtur.

Sit igitur quarta conclusio. Qualitates in alieno subiecto non in-
tenduntur ab intrinseco per antiperistasisim, vt paulo ante dicebatur,
sed ab alia causa aduentitia, quæ tunc occurrit. Prior pars huius con-
clusionis ostenditur, primū quia si calor in aqua obfessa à frigido
ita intēderetur, nō posset aqua sumē frigida in subterraneo loco posita
per antiperistasisim calefieri. Si enim eiusmodi calor nō nisi à gradu iā in
aqua existēte, proxime oritur, cū aqua summū habēs frigus nihil in se ca-
loris ferat, nō erit, à quo intērior calor oriri possit. Secūdo, quia forma
aquæ adiuta tū sex gradibus frigoris v. c. quos possidet, tū frigido cir-
cūstante maiores obtinet vires ad illum intensioris caloris fluxum
impediendum, seque conseruandum, quā ad se corroborandum, &
tuendum habeant duo gradus caloris, quos ignis in aquam impresserat.
Quare nequibit istiusmodi circūstantijs ille aquæ calor seipsū intēdere,
vtpote à valentiori aduersario impeditus. Tertiō, quia licet actio, qua
aqua ab igni præcalecta manum calefacit, & qua ferrum candens urit,
attribuatur igni; tamen nec calor aquæ tunc se ipsum intendit, neque
ferrum in se agit: ergo ratio illa ducta ab exemplo aquæ calidæ, & fer-
ri candentis non est ad rem. Quod si dicant calorem illum in aqua à cō-
trario obfessa augeri eo modo, quo frigus in aqua, dum se ad natium
statum reuocat: facile conuincitur hæc responsio. Nam tale incremē-
tum non est ab ipso frigore, sed immediatē ab aqua, à qua frigus manat.
Quare non poterit calor intēdi eo pacto in aqua, cū non sit ibi forma
ignis, à qua fluat: alioqui posset forma per se immediatē operari, vbi
non est.

Posterior pars nostræ conclusionis ea ratione suadet: quia cum
intensio prædictarum qualitatum non sit à principio illo intrinseco,
vt probatum est: nec ab alio, quod iam in subiecto præexistat; siquidē
illud neque apparet, neque ab aduersæ partis auctoribus assignatur: ne-
cessariō erit ab aliqua aduentitia causa, quæ tunc occurrat, maiorēque
illam intensiōem efficiat. Hæc vero causa non vna, eademque sem-
per est; sed alia, atque alia pro re nata, vt ijs, quæ mox dicemus, conspi-
cum fiet. Imprimis enim cur exhalatio frigido aere compressa accenda-
tur, ratio est, quia dum ab aere coercetur, ei que resistit; istiusmodi cū-
flictu, & collisione, quæ motus localis est, ultra modum incalescit, &
flamam

Tertia opi-
nio.

4. Cōclusio

Prima ratio
p priori par-
te conclusio-
nis.

Secunda ra-
tio.

Tertia ratio

Confutatio
solutionis.

Probatio cō-
clusionis quæ
ad postero-
rem partem

De accensio-
ne exhalatio-
nis circūstā-
te frigido.

flammam concipit, His adde alias istius accensionis causas, de quibus ex professo egimus in Meteoris tract. 2. Item aer calidioribus temporibus intra secretiores domos, & specus friget, partim quia in ijs terreni halitus, quibus scatet, natura frigidi, extra solis calorem positi, vltro se in natium frigus vendicant, ipsumque refrigerant: partim quia corpora terrea, quibus continetur, ob caloris antiperistasis frigiditatem suam roborant, eaque inclusum aerem afficiunt. Qui tamen ibidem hyemali tempore calidior est ob antiperistasis externi aeris frigidi, modo superius explicato. Item propterea aquae puteales, & fontanae per hyemem calefiunt; quia terra dum frigore addensatur, & coit, exhalationes, quas intra se aestate collegerat, in caua & apertiora loca trajicit, illaque in subterraneam aquam incidentes, ipsam calore, quo praeditae sunt, imbuunt. Et haec quidem ratio consentanea est doctrinae Aristotelis primo libro Meteor. ubi ait hyemali tempore loca subterranea esse calidiora, quia frigus calorem illuc adigit, impellitque. Nam cum hic impulsus non fiat migrante calore ab vna parte subiecti ad aliam, consequens est vt fiat deferentibus illum aliquibus corpusculis, quasi vehiculis; haec vero non alia esse possunt, quam exhalationes terrae sinu abditae, quas terrae partes extimae superficiei vicinae, dum frigore stringuntur in abditiora adigunt. His etiam concinit illud poetae Lucretij lib. 6.

Cur aquae puteorum, & fontinum per hyemem incalescant.

Lucretius:

Frigore cum premitur porro omnis terra, coitque,
Et quasi concrescit, fit scilicet vt coeundo
Exprimat in puteos siquem gerit ipsa calorem:

Obiectio.

Quando lux impeditur ab extensione coeferit ad intensiorem.

Dilatatio obiecti.

Ex superioribus non erit difficile inuenire quae sint in caeteris euentis causae intensiorem qualitatum ob antiperistasis, cum qualitas in alieno subiecto intenditur. Obijciat tamen aliquis, Media aeris regio est frigida per antiperistasis, vt est communis philosophantium vox, & tamen nulla est causa externa, quae illi frigus intendat praeter circumstantiam aduersarij; ergo qualitas in alieno subiecto intenditur eo modo, quo contraria opinio assererat. Corroboraturque argumentum, quia si lux cum in opacum incidit, auget se ipsam, compensando in proprio subiecto, quod in alieno ob impedimentum efficere non potuit; cur etiam calor in subiecto non suo, cum a contrario obsidetur, non cessabit ab actione, & effusione in externam materiam, seque ipsum corroborabit aduersus vicinum hostem? Certè eius rei conspicuum exemplum videtur calx, quae iniecta aqua vltra propriam naturam ita incalescit, vt ferueat, ignemque concipiat.

Huic obiecti occurrendum mediam aeris regionem frigere ob antiperistasis, non quod ipsi immediatè augetur frigus ob circumstantiam calidi aeris; sed quia exhalationes, & vapores natura frigidi, postquam eò peruenere, vicini aeris calore per antiperistasis refrigerantur, totique illi plagae frigiditatem impertiunt. Ac enim verò probabile est, cum aeris tractum prima mundi creatione ab auctore naturae

De alijs causis istius frigoris egimus in Meteor. tract. 1. c. 2.

vberiori

In nostris
Meteoris 112
c. 2.

vberiori frigore, quàm eius natura postulabat, fuisse conspersum propter maiorem gignendorum imbrium commoditatem, vt alibi monuimus. Quo fit vt ei non à sola antiperistasi, interuentu exhalationum & vaporum, frigiditas obuēniat.

Quod ad argumenti confirmationem attinet, negari non potest rationem, quæ in ea affertur, admodum probabilem reddere sententiã aduersariorum, quæ nobis etiam alibi placuit, si tamen eam ita intelligant, vt dicant qualitatem subiecto contrariam intendi in eo per antiperistasi, non quasi maior illa intensio re vera manet à forma, id enim fieri non posse demonstrauius; sed quia quod in hostem impendere deberet, id quatenus est virtus talis formæ, etsi absentis, in se recipiendo sibi ipsi impendit, vt in argumento dicebatur. Occurrendum tamen diuersam esse rationem in luce, & in qualitatibus, de quibus in præsentia agimus. Nam præter ea, quæ circa secundam conclusionem secundi articuli diximus, cum v. g. calor in aqua existens obsidetur à frigore maiorem vim habet forma aquæ, & eius frigus, vnà cum frigore circumfusi corporis ad intendendum frigus ipsius aquæ, & impediendam intensiorem caloris, quã habeat ^{calor} frigus ad se corroborandum, vt supra etiam disseruimus; quare non potest calor in tali, aliove simili euentu à se intendi. At in luce diuersa omnino ratio est; cum neque in subiecto, cui inest, neque in circūiacente corpore habeat qualitatem contrariam, quæ impedimento esse queat, ne inuento opaco in se ipsa redeundo vltiorem progressum compenset.

Cur non in-
tendatur qua-
litas in alie-
no subiecto
à se ipsa.

calor

Porro exemplum recentis calcis, quod attulimus, postulat in primis explicemus quid causæ sit, cur calx perfusa aqua ignescat. Ea de re ita scripsit D. Augustinus lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 4. calx occultissimè ab igne ignem concipit, eumque iam gleba tangentibus frigida tam latenter seruat, vt nulli nostro sensui prorsus appareat; sed cōpertus experimento, etiam dum non apparet, sciatur inesse sopitus. Propter quod eam calcem viuam loquimur, velut ipse ignis, latens anima sit visibilis corporis. Iam verò quã mirum sit, quod cum extinguitur, tunc accenditur; & aqua frigida infusa tunc efferuescit: at si non adhibeas aquam, sed oleum, quod magis fomentum est ignis, nulla eius infusione feruescit? Hæc D. Augustinus; Ex cuius sententia habemus in calce viva contineri ignem actu. Quod etiam affirmat Fracastorius in libro de vini temperatura. Verum is ignis consopitus est, atque iniecta aqua eius particule primùm hinc, inde interceptæ constipantur: tum ob antiperistasi frigidi humoris quasi reuiuiscunt, & se produnt. Vnde patet non intendi hic calorem in alieno subiecto propter contrarium circūstans, quod petebat argumentum, sed in suo sibi que proprio exuscitari.

Cur iniecta
aqua calx ig-
nescat.
D. August.

In calce ignis
actu.

ARTI-

ARTICVLVS IIII.

AD DVNTVR QVÆ DAM
ad propositæ difficultatis explicationē
concludendam.

AD absolutionem huius controuersia quædam animaduerten-
da sunt. Primum est, actionem, qua in alieno subiecto qualita-
tes proximè intenduntur, non esse reflexam, sed directam, vt
erit consideranti perspicuum. Nam cum v. g. corpora terrea aerem,
quem intus cohibent, vltra naturæ suæ gradum refrigerant, ea refrige-
randi actio directè est à corporibus terreis absque vlllo modo reuerbe-
rationis, etiam minus propriè dictæ; licet corpora ipsa terrea per reflex-
am actionem prius refrigerentur. Ideoque addidimus particulam,
proximè; nam illa ipsa aeris refrigeratio remotè oritur ab ea, qua præ-
dicta corpora natiuam frigiditatem in se met ipsis intenderunt per an-
tiperistam.

Secundum est, Non in omni antiperistasi augeri, per maiorem in-
tensionem, qualitatem in corpore obsesso à cōtrarijs. Etenim, exempli
gratia, venter hyeme calidior est, vt testatur experientia, docetq;
Hippocrates Aphoris. 15. vtique ob circumfusi aeris frigiditatem: &
tamen non oportet habere tunc ventriculum plus caloris intensiue,
quam reliquo anni tempore, licet extensiue plus habeat, vt in eius
Aphorismi interpretatione Medici obseruant. Nam quia brumæ fri-
gus cutim stringit, & egressum spiritibus præcludit, necesse est maio-
rem tunc intus colligi, & asseruari copiam spirituum, in quibus con-
tinetur calor: non tamen ideò necesse est tunc calorem ventriculi in-
tendi, seu plures gradus acquirere. Verum nonnunquam præclusio
halituum maiorem qualitatis intensionem efficit, vt videre est in eo
exemplo, quod Galenus lib. 3. de temperamentis cap. 2. affert, vbi ait
fimium columbinum impedita transpiratione aliquando vsque adeò in-
caluisse, vt flammam conceperit, qua domus arsit.

Et verò cum ad ignis generationem plus caloris requiratur, quàm
fimus suo ingenio postulet, clarum est ob illam præclusionem fuisse
calorem fimi non extensiue tantum, sed etiam intensiue auctum. Po-
tuit autem augeri per eum motum localem, quo halitus ab egressu im-
pediti, & repercussi in interiores partes aceruatim ferebantur, vti ac-
cidit aliquando in generatione fulguris, cum videlicet reuerberatione
exhalationis à nube circumstante, ignis accenditur, & fulgetram ex-
hibet.

Tertium est, Nulla earum actionum, de quibus hoc loco disserui-
mus, aliquid in se ipsum agere per se, ac propriè, quod huius discepta-
tionis caput erat. Nam v. g. radius reflexus cū directum intendit, non
nisi

Cur ventri-
colus hyeme
calidior.

Galenus

Responso ad
principalem
quest.

Garbuis lib.
2 tra. 1. q. 3.
Vega lib. art.
Med. c. 29.

nisi ex accidente in illum agit, quatenus inuento obstaculo, quantum porrigi in lōgum deberet, tantundem in se recurrit. Item vero dum aqua propter ambientis contrarij oppugnationem natium frigus auget, præterquam quod non eadem pars agit, & recipit: nam proximè agit forma, & recipit materia; ea actio, cum emanatio quædam sit, minus propriè actionis nomen vendicat, vt diximus lib. 7. Physic. cap. 1. quæst. 1. vbi etiam ostendimus cur istiusmodi actionibus non dicatur aliquid simpliciter agere in se ipsum, quæ non est cur hoc loco à nobis repetantur. Cum verò qualitas in subiecto alieno magis perficitur, & augetur, planum est non dari actionem eiusdem in se: quandoquidem actio illa est ab agente externo, vt à corporeo terreo inclusum aerem refrigerante.

Quartum est, quæ à nobis in libris Meteor. aut alibi de actione obantiperistatim, ex occurſu, & quasi per trāsennam dicta sunt, ea omnia ad conclusionum, quas in hac disceptatione statuimus, normam ac veritatem esse reuocanda.

Q V Æ S T I O II.

P O S S I T N E S I M I L E

agere in sibi simile, an non.

A R T I C V L V S I.

S T A T V I T V R P R I M A C O N C L U S I O ;

eadēque ab aduersariorum argumētis

defenditur.



Tripliciter quod ad præsentem disputationem attinet, possunt res similes esse in qualitate; vno modo quoad gradū, efficacitatemque agendi, vt duo ignes pari caloris ac siccitatis intensione, & materia æquè rara præditi. Secundò quoad qualitatem in specie, nõ tamen gradu, quidquid sit de acrimonia in agendo, quo pacto se habent ignis, & aqua tepida. Tertio penes gradum, non tamen agendi acrimoniam, seu vehementiam, vt duo corpora æquè calida, quorum alterum rarius sit, alterum densius. Constat enim æquè intensum calorem in re, quæ magis compacta est, & plus materiæ cohibet, vehementius vrere.

His animaduersis prima conclusio sit. Ea, quæ primo modo similia sunt, mutuò in se agere non possunt. Hæc probatur, primū, quia teste Aristotele in lib. de motu anim. & Auer. 4. Physic. com. 71. Omnis actio physica vnus in alterum, fundatur in victoria, & excessu agentis. Hæc autem non se vincunt, aut excedunt. Deinde quia id, quod

Si agit

Emanatio
minus pro-
priè actio di-
citur.

Obiectio

Obiectio
ne lōgum
conclusionum
normam ac
veritatem

Triples ge-
nus similitū.

Diffinitio
actio

Prima con-
clusio.

Potētia acti-
ua principii
transmutan-
di aliud,

Philosophi-
cū axioma.

Obiectio, 1.

agit, nititur assimilare sibi patiens, vt docuit Aristoteles cap. 7. huius libri text. 51. Quare vbi iam perfecta similitudo extiterit, vt in re proposita, non procedet actio. Corroboraturque argumentum, quia potentia actiua est principium transmutandi aliud, quatenus aliud est, vt definit Aristoteles lib. 5. Metaphy. cap. 12. text. 17. & lib. 9. c. 1. text. 2. Ex quo sequitur passum debere esse agenti dissimile, & contrarium, atque adeo ab eo, quod sibi omnino simile est, pati non posse. Vnde quasi commune axioma celebratur à philosophis omnem actionē esse à proportione maioris inæqualitatis.

- Sed obijciat quis. Speculum vnum potest agere in aliud æquè tersum & lucidum, atque omnino simile sibi, transmittendo in illud rei obiectæ imaginem. Ergo simile potest agere in simile primo modo.
2. Secundo, sit mixtum inanimatum homogēneum, cuius omnes partes eadem intensiōne caloris præditæ sint, similiterque quoad alias qualitates sese habeant; partes huiusce mixti poterunt in se mutuò agere vsque ad interitum; aliòqui non omne mixtum esset corruptibile ab intrinseco; ergo vna pars corporis mixti agit in aliam sibi similem.
3. Tertio, Ignis maior minorem absorbit, vt experientia notum videtur, asseritque Aristoteles in problematis sect. 3. problemate 22. & sect. 33. probl. 2. & lib. de breuit. vit. c. 2. sed absorptio illa non nisi agendo fit: ergo vnus ignis potest agere in alium sibi similem, esto ambo qualitatibus gradu inter se conueniant. Quarto, Sit corpus luminosum A: quod habeat octo gradus lucis, eamque per spatium B. C. D. vniformiter difformiter explicuerit. Deinde extendatur hoc ipsum luminosum in molem ampliorem cum eadem intensiōne lucis. Hoc posito si antea in prima superficie produxerat lucem octo graduum, nūc maius redditum intensiorem lucem gignet in eadem prima superficie; & tamen non est intensius modo, quam prius. Igitur aliquid agit in id, quod sibi prædicto modo simile est quoad intensiōnem gradualē. Probatum maior, quia eiusmodi luminosum fundit nunc lucem in maius spatiū, vt sensu constat; non potest autem eam longius fundere, quin ipsam in omnibus partibus intēdat, cum agat vniformiter difformiter. Quare etiā in prima superficie lucem augebit.

Dilutio 1. ob-
iect.

Superiora argumenta sic diluito. Ad primū dic cū speculū reflectit ab se imaginē ad aliud, non dari actionē inter similia; qua similia, id est, inter specula, quatenus æquè lucida sunt, vel æquè terfa; sed quatenus dissimilia existunt, secundum esse intentionale, seu ratione specierū; quia speculum A. imaginem, quā à re obiecta imbiberat, trajicit (intellige eandem specie, non numero) ad B. quod ea caret, sicque agit in dissimile. Par solutio reddenda est illi argumento, quod quidā afferūt, nēpe, duæ phialæ vitreæ æquè duræ, vtrinque collisæ defringēt sese mutuò: ergo simile aget in simile. Occurrendū est enim eiusmodi phialas non agere in se prout duræ sunt, atque adeo quatenus similes; sed vtrāque per impulsū sibi à collidente impressum vincere alterius duritiem, atque ita continuitatem soluere.

Ad secūdū dic partes mixti homogēni, quale ibi describit, nō acturas

Lege que de
corruptione
viventium ab
intrinseco di-
ximus in hoc
lib. cap. 4.

in se mutuo, neque eiusmodi corpus esse corrupendum, nisi extrinsecus accedat agens contrarium, quod illius temperiem dissoluat, aliamque formam inducat: quod in tam frequenti contrariorum occursum nequaquam difficile erit. Itaque non oportet omne mixtum, etiam homogeneum, corruptibile esse ab intrinseco. Quamvis id de mixtis dissimilium partium, qualia sunt viventia, pro vero habeatur.

Non omnino
mixtum esse
corruptibile
ab intrinseco.

Ad tertium respondendum est cum Aristotele eodem loco minorem flammam dici a maiore absorberi, non quod haec illam per se corrumpat, aut in eam proprie agat, sed per accidens; quatenus ei pabulum deuorat, videlicet fumum, quod illa non nisi longo tempore absorbere potest, haec vero ocys absorbit. Lege si placet, quae in hanc sententiam scripsimus in nostris problematis ad finem librorum de Caelo sect. 4. problem. primo.

Dilat. 3. ob-
iect.

Ad quartum, Luminosum illud redditum maius non augere lucem in prima superficie, quia non potest agere in simile; nihilominus quia magis extenditur, necessario, ut probat argumentum, intendere illam in spatio ultra primam superficiem in omnibus partibus diuisim sumptis; sic tamen ut in aliqua immediate versus ipsum indeterminatè accepta eam non augeat. Nam cum immediate post primam superficiem in parte incerta sit quidquid est infra lucem octo graduum, certè interdica lux non potest, quin ad octo graduum intensiorem perueniat. Quare cum luminosum quantumlibet dilatetur, nequaquam eximatur a lege uniformiter difformiter agendi, quemadmodum postquam increuit, lucem in prima superficie non auxit; ita nec eam immediate post in parte certa intendit. Siquis autem petat quam parte intensio incipiat: occurrendum erit designari eam non posse, cum incerta, atque indefinita sit.

Dilat. 4.
obiect.

De extensio-
ne luminis
uniformiter
difformiter
ultra primam
superficiem.

ARTICVLVS II.

PONITVR SECVNDA CONCLUSIO, diluuntur obiectiones.

Explicatum a nobis est quo pacto sese habeant quoad vim agendi ea, quae primo modo similia sunt; nunc caetera persequamur. Sit secunda conclusio. Inter similia secundo modo potest esse actio; ita nimirum, ut id, quod intensius est, in minus intensum agat, non contra. Haec conclusio ex eo probatur, quia, ut supra disputabamus, actio est a vincente, & a proportione maioris, non autem minoris inaequalitatis. Patet etiam experientia quotidiana; videmus enim minus calidum intendi a calidiori, ut aerem ab igni, & minus frigidum a frigidiori, ut terram ab aqua, & vnumquodque ut minus tale est, ita ab eo, quod est magis tale, perfici, non autem viceversa.

Secunda con-
clusio.

Actio est a vi-
cente.

Verum obijciat aliquis. Fieri potest, ut aliquid producat qualitatem magis intensam, quam in se cohibeat. Ergo non omnis actio est a proportione maioris inaequalitatis. Assumptum ita ostenditur. Sumatur

Obiect. 1.

corp⁹ B. vniformiter difformiter calidū, ita vt in prima superficie habeat calorem sex graduum, & immediatē post quidquid infra eiusmodi intensiōem est. Tunc detrahatur ei diuina virtute prima superficies, & secundum eam partem applicetur patienti idoneo. Vel corpus B. producat calorem sex graduum in prima superficie patientis: vel id, quod est immediatē infra illos sex gradus: si detur posterius; quā igitur intensus erit is calor? certē designari id non poterit; quod tamen absurdum est, cū de certa superficie agitur. Restat igitur vt producat calorem sex graduum, & tamen hunc non habet; quia detracta fuit illa superficies, in qua sola erat tanta intensio: ergo istud corpus producat calorem maioris intensiōis, quam in se obtineat. Deinde, Aer tempore hyberno congelat aquam, eam vtique refrigerando; & tamen ipse minus frigidus est, quā aqua, cū natura sua calidus sit, nec congelascit. Ergo aliquid minus frigidum intendit frigidius. Tertiō, Nihil potest pati nisi à contrario, vt hoc in libro cap. 7. text. 49. & sæpè alibi affirmat Aristoteles: sed calidum quinque graduum, & calidum triū graduum, non sunt contraria; cū non se perimant, imo conseruent in eodem subiecto: ergo hoc non poterit ab illo pati: atque adeo inter similia secundo modo non datur actio.

Obiectio. 2.

Obiectio. 3.

Prior solutio obiectio nis primæ.

Posterior solutio, quæ magis placet.

Solutio. 2. obiectio.

Quo modo aqua in gelu concrescat.

Solutio. 3. obiectio.

Non est tamen difficile his argumentis satisfacere, quanquam circa primum dissideant neoterici. Quidam enim data hypothese negant vllam actionem ab eo corpore exituram, quod careat certi ac definiti gradus forma, per quam agere debeat. Alij, quibus magis assentimur; quia parum verisimile putant ob defectum superficiē omnem caloris actionē inhibendam, inquit producendum ab eo corpore calorem sex graduum, non quidem per se ac merito agentis, quod eo gradu caret, sed ob naturā ipsam effectus, videlicet caloris, quem repugnat in subiecto certo, & in tali euentu non produci sub certa, & definita intensiōe, qualis est sex graduum. Itaque id, quod deest ex parte agentis ad complementum sexti gradus, quasi per resultantiam in re patienti orietur.

Ad secundum dicendum in primis ex eo, quod aqua hyberno tempore in gelu concrescat, non verò aer, haud rectē concludi aquam esse frigidiorē aere, cū palam sit oleum, & ceram minori frigore, quā aquæ, concrescere. Sed enim reuera aqua, quæ in gelu coit, circumfuso aere frigidior est, nec ab illo condensatur; sed partim caelestium corporum influxu, quæ in aqua, vt in nativo subiecto, promptius, quā alibi, frigiditatem imprimunt; partim quod aqua ipsa remotis per hyemē impedimentis vltro se in suū frigus vendicat. Nobis tamen videtur aquæ congelationem non à sola frigiditate prouenire (alioqui elementum aquæ in sua nativa constitutione non liquidum, sed concretum esset, quod nequaquam verisimile est) sed à certa aliarum etiam qualitatum coitione, quæ aquæ liquorem in gelu contrahit.

Ad tertium concedenda est maior, & ad minorem dicendum, calorem intensum, & remissum esse quodammodo contraria, vt docuit Aristoteles 5. libro Physic. cap. 2. text. 19. nimirum ratione excessus, & defectus, quatenus minus intensum importat priuationem seu negationē per-

Decongelatione. egim9 in Meteoris tractatu 7. 6. 7.

Val loc leni li h quæ neti G. 3.

perfectiōnis, quam magis intensum vendicat, quod non competit quinque gradibus, & tribus gradibus caloris existētibus simul in eodē subiecto, vt patet. Adde subiectum ipsum minus calidum habere propriam contrarietatem respectu magis calidi, si minus calidum spectetur prout quantum ei caloris deest, tantundem obtinet frigoris; sic enim quatenus frigidum est, repugnat calido.

ARTICVLVS III.

TRADITVR TERTIA CONCLUSIO.

soluuntur rationes contrariæ
sententiæ.

Restat agamus de ijs, quæ tertio modo similia sunt. Sit tertia conclusio, inter similia tertio modo non potest dari actio. Hæc conclusio est ad mentem Aristotelis hoc in libro cap. 7. text. 48. D. Thomæ, ibidem, Galeni lib. 2. de simplicium medicamentorum facult. cap. 18. Saxon. quæst. 15. & aliorum complurium; est tamen contra Marsilium hoc loco. quæst. 18. Niphum cap. 2. quæst. 2. Sotum lib. 2. Physic. quæst. 4. & alios existimantes calidum in materia densiore posse intendere æquè calidum in materia rara. Probatur tamen non ista conclusio, quia si v. g. calidum in materia densiore ageret in æquè calidum, sed minus densum, vtique ageret, vt illud sibi assimilaret: atqui iam est ei perfectè simile, vtpote secundum speciem, & gradum; nam secundum densitatem non conatur ipsum reddere simile, vt euentus satis probat; nullo igitur pacto in illud aget. Secundo, Idē ostēditur, quia alioqui possent duo corpora calida quarto gradu, vicissim sese intendere, & ad octauum vsque gradum promouere. Sumantur enim ferrum, & aqua, vtrunque calidum quarto gradu: ferrum, quia densiori materia præditum est, potest, vt aduersarij concedunt, calorem aquæ vsque ad quintum gradum intendere: sed calidum in quinto gradu potest intendere calidū in quarto, idq; sibi perfectè assimilare. Igitur aqua producet in ferro alium nouum gradum caloris, nempe quintum. Rursus ferrum calidum quinto gradu propter materiæ densitatē augebit calorē aquæ vsq; ad sextum gradum; atq; ita similiter vsque ad summum, vltimumq; gradum, quod tamen nequaquam videtur admittendum. Tertio, cum agere supponat esse, id, quod est in potentia ad aliquem actum, nequit ad eiusmodi actum perducī, nisi ab eo, quod actu tale est, vt docet Aristoteles 3. lib. Physic. cap. 2. text. 17. & hoc lib. cap. 9. text. 77. Ergo calidum quarto gradu, quod est in potestate ad maiorem intensiōnem, non nisi ab eo, quod calidius est, intēdi potest. Quare nequaquam à calido quarto gradu intendetur. Quod si quis occurrat calidum quarto gradu in materia

Si 3. densi-

Valles. in hūc
locum Ga
leni, Astudi
li hoc libro
quæst. 21. Vc
neti in sum.
6. 23.

3. conclus.

Probatio.

Agere suppo
nit esse.

Confutatio
responsionis

densiori, etsi quatuor tantum gradus actu obtineat, virtute tamen propter materiae densitatem, ac multitudinem plures obtinere. Is facile coarguetur. Nam si densitas conferret agenti vim ad producendum intensiorem calorem, quam actu possideat, sequeretur calidum quarto gradu in materia densa posse intendere calidum quinto gradu in materia rara, quod aduersariae partis assertores negant. Probatum consecutio. Enim vero si calidum quarto gradu ob tantam densitatem potest intendere calidum simile sibi in gradu, certe postquam ad maiorem densitatem venerit, poterit aliud maiori intensione affectum intendere, cum illi ex densitate accrescat efficacia ad intendendum effectum.

Primum ar-
gum. pro co-
traria parte.

In contrariam tamen partem haec sunt argumenta, Agens maioris actiuitatis, & efficacitatis potest agere in aliud minoris: sed calidum in materia densa est maioris actiuitatis, & efficacitatis, quam calidum habens qualitatem aequam intensam in materia rara; ergo illud potest agere in hoc. Maior probatur, quia perfectior actiuitas proditur effectu, & victoria agentis: quare id, quod magis efficax, magisque actuosum fuerit, poterit in id, quod minus tale est, agere, ipsumque vincere. Minor ostenditur; quia actiuitas non oritur ex sola intensione gradualis qualitatis; sed etiam ex multitudine materiae, quatenus in ea qualitas sub eadem intensione saepius multiplicatur. Constat autem in re densa plus esse materiae.

2. argumen-
tum.

Secundo idem comprobatur experientia, Nam carbones acrius vrunt, quam flamma: & glacies plus refrigerat, quam aqua soluta: & ferrum candens dum stupam ignit, imprimit summum calorem, quem non habet: certe non nisi quia qualitas in materia magis densa potest similem qualitatem cum maiori intensione producere.

3. argumen-
tum.

Idem praeterea confirmatur argumento sumpto a luminosis. Nam corpus luminosum densius pari luce affectum plus illuminat, ut videre est in Luna, quae non accipit a sole vberius lumen, quam aliae caeli partes ei vicinae, & in eadem a sole distantia constitutae; & tamen luce clarior est lunam plus luminis ad nos fundere. Nec satisfaciet qui dixerit lunam ideo nobis magis lucere, quia habet plus luminis, quam partes caeli propinquae, propterea quod non totum suum splendorem a sole mutuatur, ut aliae partes rariores: licet enim totum lumen a sole acciperet, adhuc plus nobis splenderet; cum id, quod a se obtinet comparatione eius, quod a sole haurit, perexiguum sit, ut in eius deliquio cernitur.

4. argumen-
tum.

Denique si sumatur luminosum habens octo gradus luminis, deinde ponatur diuina virtute simul cum eo adaequate in eodem loco aliud corpus aequali magnitudine, & luce praeditum: posterius luminosum simul cum priori augebit lumen, quod antea a priori fuerat productum, reddetque illud intensius in medio; non ob aliam rationem, nisi quia ambo simul accepta lumen eiusdem intensiois duplicatum seu bis repetitum obtinent: ergo pari ratione cum calor in densiori materia habeat eandem intensioem gradualem crebrius repetitam, magis intensum calorem pro-
ducat,

ducet, quā in materia rara, proindeque aget in sibi simile secundū gradum. Nam quod posterius luminosum debeat aliquid luminis producere, ex eo ostenditur, quia cum in natura rerum nihil sit otiosum, necesse est ipsum aliquid agere. Deinde quod actione illa oporteat intēdi lumen a priori luminoso genitum ea ratio convincit, quia nihil est, quod per eam effici possit, nisi maior latitudo gradualis luminis antea producti.

Ad explicationem primi argumenti sciendū est bifariam posse agens dici efficacius, vel actuosius. Nimirum quia producit effectum vel maiori intēsiōne vel maiori celeritate; quę maior celeritas nō provenit ex sola intēsiōne formę agentis, sed etiam aliunde, vt ex multiplicatione eiusdem qualitatis in subiecto. Ad argumentum ergo dicendum agens maioris actiuitatis priori modo posse agere in aliud minoris, id est, magis intensum in minus intensum: agens autem maioris actiuitatis posteriori modo, id est, quod agit celerius, non posse agere in aliud minoris, id est, quod tardius operatur, nisi hoc sit minus intensū, quā illud; atque ita calidum sexto gradu in materia densa nequibit agere in calidum sexto gradu in materia rara; aget tamen in calidum quinto gradu in quacūque materia existat. Vnde patet perfectionem actiuitatis prodi, cernique in effectu, & victoria agentis secundum priorem quidem vsurpationem in intensiōne effectus, secundum posteriorem verò in celeritate agendi, qua vnum aliud excedit. Patet etiam actiuitatē primo modo oriri ex sola intensiōne gradualis qualitatis actiuę.

Ad secundum dicendum maiorem agendi acrimoniā in carbonibus, & glacie, alijsque eiusmodi consistere in celeritate, quam efficit maior multitudo materię, in qua gradus qualitatis crebrius geminantur. Ad quod etiam non parū iuuatur a siccitate calor, cum illa sit quasi lima huius, ipsum acuens, expediensq; vt compendio materiam inuadat, ac permeet.

Quod si quis vrgeat videri densitatem non solum vnire, & colligere calorem, sed etiam intendere: quandoquidem, vt constat tum experientia, tum ijs, quę docet Aristoteles 1. libro Meteor. cap. 12. & auctor libri de causis proposit. 1. virtus vnita est fortior, ac robustior se dispersa; quod robur non in sola actionis celeritate videtur contineri, sed etiam in intensiōne qualitatis, qua subiectum sese defendit, & aduersarijs resistit. Occurrendum erit resistentiam, & defensionem agentis non provenire ex sola qualitatis intensiōne, sed etiam ex maiori multitudine illius sub eadem intensiōne, quia videlicet in calido vt quatuor plures quaterniones graduum caloris vires suas in vnum conferunt ad agendum, & repellendum hostem, in materia densa, quā in rara. Quo fit, vt ex collectione virtutis non arguatur maior intensiō qualitatis, licet non solum maior celeritas in agendo; sed etiam maior resistentia arguatur.

Quod ad ferrum ignitum attinet dicendum non produci ab eo plus caloris, quā produceretur ab alio agente habente parem caloris intensiōnem in rariori materia. Itaque ferrum ignitum non profert ex se

Solutio primi argumenti.

Agens maioris actiuitatis bifariam dicitur.

Solutio. 2.

Siccitas lima caloris.

Quo pacto intelligendū sit virtutē vnitam esse fortiorē se ipsa dispersa.

Ferrum candens vt stupē accendat.

De sensu huius theorematum Zimara in suis theor. p. 65.

Ferrum candens non esse totum versum in ignem.

calorem summum, quem non habeat, neque ab eo generatur ignis, sed à scintillis, id est, à partibus ferri tenuioribus iam in ignem conuersis, quæ intra ferrum latent, ab eoque exiliunt, vt est sententia Durandi in 4. dist. 44. quæst. 5. ad 2. Paludani ibidē. quæst. 3. art. 2. Capreoli art. 3. Eodemque sensu scripsit Aphrodisæus in opusc. de mistione, ferrum candens continere verum ignem; vel etiam quia aer, qui antea intra poros ferri continebatur, in ignem conuersus intra eosdem poros adhuc latet; ab eoque stupra ignescit. Nam quod totum ferrum non sit in ignem mutatum indicat illa materiæ crassitudo, & pondus, quæ veræ ignis formæ non conueniunt. Alijs placet in ferro candenti esse calorem summum, non tamen formam substantialem ignis ob defectum aliarum qualitatum, quæ ad eam requiruntur: de quorum sententia dici posset generari ignem à ferro candenti, si ei offeratur materia prædictæ teris accidentibus, quæ ad ignis formam excipiendam necessaria sunt. Quidquid tamen dicatur, admittendum non est ferrum ignitum, quia denius, intensiorem edere calorem.

Solutio 3.

Pro solutione tertij aduertendum est corpus lucidum non posse nobis splendere, neque aspectum terminare, nisi congrua densitate præditum sit: vnde neque ignis in sua sphaera, neque partes cæli tali densitate carentes nobis apparent. Aduertendum præterea licet vt per aliquod medium transmittatur lumen iniectum à luminoso, oporteat tale medium translucidum, siue rarum esse: tamen vt lumen reuerberetur, oppositum requiri: quandoquidem nunquam illius reflexio datur, nisi cum incidit in corpus, quod traiectionem impedit. Hoc posito respondemus ad argumentum, si sumantur duo corpora pari luce affecta, quorum alterum sit densum, alterum rarum; id quod densum est, posse à nobis cerni, esto rarum non inspiciatur; quia illud sua densitate visum terminat, hoc verò nequaquam. Præterea ab illo posse lumen recipi, ab hoc non posse; quia per hoc patet lumini transitus, qui in illo impeditur. Atque hæc causæ sunt, cur luna nobis appareat, non tamen aliæ partes eiusdem cæli per lumen à sole mutuantes; item cur luna tantum luminis ad nos eiaculetur, videlicet non per directam actionem; sed reflexam, qua non est inficiandum luminosum propter densitatem intensius lumen à se mittere; quàm aliud quod cum æquale lumen à luminoso hauriat, ipsum raritate sua imbibit.

Solutio prima 4. argumenti.

Ad vltimum prior responsio, quæ quibusdam placet, hæc est. Quæ admodum è duobus illis luminosis primum per se sumptum non auget lumen ab se antea genitum, si retenta eadem extensione, per diuinam potentiam duplo maiorem densitatem, & congeminationem intensificationis eiusdem luminis acquireret, cum ostensum fuerit densitatē non augere virtutem intensiuam qualitatis: ita nec in proposito euentu posterius luminosum simul cum priori intendet prædictum lumen: quandoquidem eadem multitudo graduum posita in diuersis subiectis nequaquam potentior est ad intensiorem qualitatem edendam quàm si in vno, eodemque subiecto coalesceret. Dicendum ergo est cum posterius luminosum, iam productum inueniat totum lumen, quod per se valeret produ-

Contineri ignem in are ignito, vt in spongia vel panno aqua Scaliger exercit. 12. in Card. n. 3.

producere; cūq; ex coniunctione cū priori maiores vires ad agendum non comparet; nihil omnino ab eo productum iri, imo nec à mille luminosis æqualuminis intensione affectis, si diuinitus in eodē loco adæquatè ponerentur. Secus tamē res haberet, si luminosa non se inuicē adæquatè penetrarent, sed posterius ita priori adiungeretur, vt ambo maiorē occuparent locū: tunc enim, ob maiorē extensionem, ampliorē actiuitatis sphæram fortirentur, & in longius spatium lumen extenderetur; & quia omnis noua extensio luminis coniuncta est cū noua intensione eiusdē, necessariò ab utroq; intenderetur lumē post primā superficiem modo superius explicato. Vnde intelliges ea luminosa sese adæquatè permeantia non productura simul, aut extensiuè, aut intensiuè plus luminis, quā vnumquodq; per se sumptū produceret: quē admodum pruna neutro modo plus caloris gignit, quā flamma cum eadē caloris intensione: esto illa ex eadem distantia citius, sensibiliusq; vrat, quā hæc ob crassitudinis, & densæ materiæ varietatem.

Argumentum autem, quod afferebatur ad probandum luminosum adueniens cum alio adæquatè constitutū in eodem loco necessariò aliquid acturum ne otiosum sit; parū momenti habet. Nihil enim incommodi est aliquid vi miraculi, & per accidens dum ei impedimētum opponitur, cū alioqui valeat actionem edere, otuari: quo etiam pacto se haberet corpus luminosum collocatum extra cælum, vbi nihil produceret luminis ob defectum subiecti, in quod ageret.

Et hoc quidē modo sese habet prior huius argumēti solutio. Alia tamen est, quæ nobis multo magis probatur, videlicet vt cōcedamus duo illa corpora luminosa in eodē loco adæquatè posita, & quodcūq; aliud agens æquali magnitudine, pariq; intensione qualitatis, si sit in materia magis densa, debere actionē extēdere in longiorē sphæram, quā si esset in materia rara, comitāte interim maiori intensione maiorē extensionem modo ante explicato, nō in parte immediata & indeterminata. Apparet enim id experientia compertum in pruna candenti, & in flamma æqualis quātitatis. Re enim vera videtur pruna nō solū citius, sed longius calefacere. Idēq; valet, quoad hoc, multitudo graduū in duob; subiectis penetratiuè existētibus, atq; in vno eodēq; subiecto, si repetitio ob densitatē ex æquo respondeat. Ac nostra cōclusio, etiā hac solutiōe admissa, suā retinet veritatē, si vti debet, intelligatur. Nēpe qualitātē in materia dēsiore nō producere magis intensā qualitātē, quā in se cohibeat. Si enim agens tantūmodò obtinet sex gradus lucis, aut caloris, nō quia densius plures, quā sex gradus producet in prima superficie; esto vltra illā, vniformiter difformiter intensiōnē minuēdo, lucē aut calorē in lōgius spatiū explicet. Itaq; negandū est crebriorē repetitionē eiusdē intensiōis gradualis nō efficere vt subiectum, in quo est, secūdū istū modū fortius operetur. Ex quo etiā intelliges quo pacto accipiēdū sit, quod dici solet in hac sententia, nimirū maiorē densitatē nō esse causam cur subiectū producat qualitātē sub maiori intensiōne, & maiorē acrimoniā caloris in materia dēsiore tātū cōsistere in maiori celeritate; est enim id intelligendū de maiori celeritate, prout excludit maiorē intensiōnē absolute, non autē magis porrectā, vt diximus.

Pruna ob
lam frequen
tiā & cohæ
sionem par
tium nō vrit
ē maiori di
stantia.

Altera solu
tio eiusdem
4. argumēti,
quæ magis
placet.

Q V Æ S T I O I I I.

DE TVR NE INTER AGENS, ET
 patiens, actio reciproca, an non.

ARTICVLVS I.

ARGVMENTA PARTIS
 negatiuæ.



Proposita quæstio de ijs tantummodo intelligi
 debet, quæ vnâ specie materiam communem
 obtinēt, vt omnia corpora sublunaria: quæ enim
 ex materia specie diuersa coaluere, vt sublunaria,
 & cælestia, ea quoad rationem agendi, & patien-
 di non reciprocari inter se palam est, vt hoc in
 lib. cap. 7. text. 54. & cap. 10. text. 87. Aristoteles
 monuit; idque in causa est, cur ignis, etsi globo

sublunari attiguus sit, non tamen in eum agat. Debent præterea agēs,
 & patiens ita sumi, vt congruenter sibi applicata sint, & vtrūque alte-
 rum intra suæ virtutis sphaeram cohibeat. Nec verò quæstio de quali-
 bet actione intelligi debet, sed de physica, atq; ea præsertim, quæ in qua-
 tuor primis qualitatibus calore, frigore, humore, & siccitate versatur.

Negatiua igitur pars hisce argumentis probari videtur. Nā agentis,
 ac patiētis potentia, aut par, aut impar est: si impar, quod potētius est,
 aget in infirmius: si par, neutrum aget in alterum. Nam quod æquis
 vtrinq; viribus nulla procedat actio, docet Aristoteles in lib. de motu
 anim. his verbis; Quæcunq; sunt æqualia, à se inuicē nō patiuntur, per
 exuperantiam verò vincuntur. Deinde si patiens reageret, nullū agēs
 id, quod patitur, sibi omnino assimilare posset; siquidem agendo in-
 firmaretur, remissiusq; fieret: fractū verò, ac remissum nequiret aliud
 ad integritatem suam promouere, vtpatet in calido, vt octo, quod si à
 calore summo deiciatur, quonam pacto aliud calidum, vt octo reddat?
 Item sequeretur omnem elementorum actionē esse mixtionē, nec pos-
 se alterū ex altero generari; quia nunquam id, quod actuosius, ac potē-
 tius est, in se impotentius commutaret; sed ad mediū quoddā ex con-
 trariorū permistione concretū deduceret. Præterea data mutua actio-
 ne admittendū esset contra cōmune philosophorū placitū eandē qua-
 litatē in eadem parte subiecti intendi simul, & remitti. Nam per hy-
 pothesim calidum A. quatuor palmorum agat in B. frigidum, cūq; nō
 opus sit totum A. pati à B. patiatur ratione duntaxat quarti palmi,
 qui B. proximè attingit. Hoc posito quartus palmus agentis A. pa-
 teretur à frigido, atque adeo remitteret calorem. Rursus idem palmus
 simul

Status cōn-
 trouersiz.

Primum ar-
 gumētū pro
 parte negati-
 ua.

2. argum.

3. argum.

4. argum.

De L
 phago
 quæ el
 cics in
 tis vide
 sum h
 21.